

A.

Blätter 1113 - 23. 25. 27 - 31. 34 - 35. 37 - 38.
40 - 42. 44 - 50. 52 - 53. 55 - 57. 59.

18

27
an 2

DISSERTATIO PRIOR, EAQVE INAVGVRALIS,
DE
PVNCTORVM HEBRAICORVM
ANTIQUITATE,
SVB EXAMEN VOCANS
ARGVMENTA ADVERSARIORVM
CONTRA
PVNCTORVM ANTIQUITATEM,
QVAM
IN REGIA FRIDERICIANA,
EX INDVLTV AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM COLLEGII,
PRAESIDE
VIRO SVMME REVERENDO ATQVE DOCTISSIMO,
D. CHRISTIANO BENEDICTO MICHAELIS,
THEOL. AC LINGG. GR. ET OO. PROF. ORD.
PATRE OMNI PIETATIS CVLTV PROSEQVENDO,
PRO IMPETRANDIS MAGISTRI PHILOSOPHIAE
ET ARTIVM HONORIBVS,
AD D. VII. OCT. A. CIO IO CC XXXIX.
H. L. Q. G.
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIET
AVCTOR RESPONSVRVS
IOANNES DAVID MICHAELIS,
HALENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI, ACAD. ET SENAT. TYPOGR.

Chrys. Fr. D. Bauer. in suo ~~seco~~ grammatico scripto ex p. 164. accentuation
p. 126. et 130. punctorum Hebr. distinctas evincere conatur. 1) ex Ph. XII, 10.
תְּנַשֵּׁת בְּרִיאָה, quod verbi sunt significativa Mollamentatio in Risioglosso,
sive amoris sive affectionis; 2) ex Deut. XXXI, 27. ubi Moses dicit
omnia verba Legis scripta **מְלֹאת** 72, sive amor sive veritas sive
Mollamentatio gratia, quod nisi Iacob nunc proponit veritas Moral,
mentem et intentionem, negat intelligi posse; 3) ex Isa. XXVIII, 13.
בְּלֶצֶת יְמִינֵךְ יְמִינֵךְ 73, et que animes generis, sive stamina et patrum
affectionis, argumenta plura sunt.

M. Henr. Wilh. Clemm, Stipendiary Tübinger Repetens, edidit Tübinge a. 1753. a
80. Prolegom. Introductio ob id s. Vigilie Natalis u. Quarantina magis
miseris, manu sive febrivis sive sinis gostis Erufes Sattes nubori
schlaes zur Wang Gra; Mittag, 18. als meine Freude eine
nichts geordnet wurde Wand ab unter den Stiel; Wort auf eine
Leid ihm gefolgt der lebhaften Frage.



S. I.



E punctorum Hebraicorum antiquitate
dum acturi sumus, id in ipso operis ex- *Argumentum*
ordio censibus definiendum, quid per
puncta intelligamus: ista nimur gentis
Hebraica signa, sive vocalia, sive dia-
ritica, distinguendisque & coniungendis
vocibus nata, quæ, quamvis non omnia
adcurate punctorum figuram referant, ob-
tenaciam tamen & teneritudinem, qua
principie in MScriptis codicibus gau-
dent, puncta vocari consueverunt. Agendum igitur est nobis de an-
tiquitate signorum vocalium, diacriticorum & accentalium (si ita
quidem loquilice) in Hebraico Codice sacro. Nec id lectorum su-
gat, tractationem de eiusmodi signis, que ad has classes non referen-
da sunt, ipsum a nobis exigere non posse, e. g. de punctis, que ex-
traordinaria vocantur, & critica quidem sunt, quorum & iam HE-
RONYMVS mentionem fecit. Antiquitatem porro punctorum cum di-
cimus, non multum laboramus, quis primus inuentor punctorum
fuerit, (quem quidam Rabbinorum ipsum Adamum fuisse statuunt,
teste LVD. CAPELLO in *Arcano punctuationis ex edit. Iac. Capelli Amste-*
tol. 1689. p. 701.) sed quisnam illa textui sacro adiecerit: qua de re
triplex in primis sententia nobis fistitur. Primum enim quidam ab
A ipso

*v. T. T. Rapha, -i, Ph.
Jnutha, MakKepn, Netheg,
Silluk, Ahnac, Tiphehay, et al.*

*T quo et punctum diacriticum
T. W. et W pertinet.*

*De quibz De infra p. 15.
S. XII.*

ipso sacro scriptore cuiusuis libri illa deriuant; ^{deinde} alii ab Ezra eiusque sociis cœi Synagoga magna; ^{tandem} nec delunt, qui post absolutum Talmud Babylonicum a doctis quibusdam criticis Iudaorum (Masorethis in primis Tiberiensibus) illa traxisse originem adfirman, circa annum post Christum natum quingentesimum; Ben Ascher vero & Ben Naphtali, homines undecimo post Christum natum seculo florentes, ultimam huic operi manum adiecisse predicant. Quib[us] sententiarum ultimam pro duabus iisque diuersis haberi agre fert CAPELLVS. Quotquot igitur sunt, qui vel scriptoribus ipsis facrorum librorum, vel Ezra eiusque sociis laudem illustrati per puncta textus sacri deferunt, illi antiquitatem punctorum adfirmare dicuntur: qui vero ad scilicet post Christum natum VI. vel XI. descendunt, & ex illis hac omnia repetunt, illi oppugnant antiquitatem, & cum iis certamen quodam amicum nobis fore significamus. Non tamen in eo disceptatio nostra versabitur, num illæ ipsæ, quas iam cernimus, punctorum figure ab omni antiquitate proflus eadem fuerint. Quis enim adfirmaret, nullam eas seculi iniuriam vt ita dicam) passas? nihil in ipsis mutatum esse? Rem ipsam, non singulos formarum ductus antiquitat vindicamus.

§. II.

Nec vero, dum tantum in nos oneris deuolumus, sterili quodam & inutili labore tempus nos credimus terere. Ex ea enim sententia, quam de antiquitate punctorum fouvere, iudicium de eorundem auctoritate diuina magna ex parte pender. Si enim posterioris aui Iudai illa, ex traditione orali accepta, nobis demum scripta tradiderunt, vix adfirmauerim, puncta ampliori se nobis praividicio commendare posse pre aliis traditionibus permultis, quas eadem fabulis nimis dedita gens, a maioribus acceptas, memoriae se dicit prodidisse. Immo si maiorem punctis tribuere fidem velles, nec illa eodem cum narratiunculis delirantis perfarce populi loco habere, ob eam, qua istas superant, eminentiam & dexteritatem, queque lectori adcurato, sedulo, rerum perito, praividicatisque non abrepto opinionibus, vix ignota & obscura esse potest: tamen circa loca singula non sine ratione haereres, ignorans quo te verteres, num in hoc illoque loco puncta a Iudeis tradita iudicio tuo comprobares, an reuiceres; cum fieri vix queat, vt lectio

*Quantum ex
argumento
tractando pen-
satur, docetur.*

lectio sana, & casta distinguendarum coniungendarumque vocum determinatio, per tot seculorum decursum sola orali traditione conferetur in gente omni afflictionis & turbarum genere prostrata, istamque, qua codex sacer scriptus est, dialectum cum alia permutante. Nec vero quid de auctoritate diuina horum signorum sentias, idem est. Si enim nobis ab ipso summo Numine tradita essent, nec tamen nos ea pro diuinis agnosceremus; utique, si vel id minus malo consilio fieret, peccaremus in ista verba, quae adfimant, ne vnam quidem legis *scripturarum* peritaram, nihilque verbo diuino, prout addendum, ita demandum esse. Nos vero ipsos praecelaro destitueremus praesidio exegeticis, & ad eruendum sensum sacrae scripture aptissimo: vnde multæ nobis forent tenebrae, multæ hallucinationes, errata denique non pauca, quæ adhibita hac authentica summi Numinis declaratione vitari potuissent.

§. III.

Illiud tamen affirmare haud velim, tanti hanc questionem momenti esse, ut de verbi diuini perspicuitate certoque eius sensu plane actum sit, simulac punctorum auctoritas conciderit. Videntur non nulli, qui ab ea parte, cui nos calculum adiucimus, steterunt, durius hac de re locuti. Sic IOH. CHRISTOPHORVS SPEIDELIVS Comment. in *versio mo-*

vniuersitatis cap. I. §. 2. Si sacer, inquit, *textus vlo tempore fuit absque vocalibus & accentibus, scriptura sacra fuit eo tempore imperfecta, ambigua, dubia, binica, inepta, & minime ad usum canonicum perspicua: nec baberunt pii, quod responderent iis, qui voces instar nasi cerei pro temerario lubitu modo hoc modo illuc detorserunt, & impio ausu in quemcumque sensu transmutarunt.* Ad quam sententiam proxime accedunt ista accuratissimi alioquin SCHERZERI verba, quæ LVD. HENR. DASERV'S Exercitat. de Origine & auctoritate punctorum diuina p. 49. adducit, dicentis: *se ne cassa quidem nuce vetus testamentum emturm, si puncta vocalia non adint.* Quamquam enim multum nobis praesidiū eripi faremur, si punctis codex sacer destituantur; non tamen plane desperandum foret, tantum nos ex illo veritatis adsequi posse, quantum ad salutem animique beatitudinem necessarium est. Adparet hoc ex reliquis scriptis Iudæorum, quæ a nobis leguntur, & maxima profectio ex parte cum certitudine intelliguntur, licet desiderentur

derentur in illis puncta & vocalia, & vocum inservientia distinctioni. Vnde & illud sequitur, ut Pontificii viatores se ex ista controversia, qua agit de sacra scripture perspicuitate & certitudine sensus ex illa eruendi, discessisse nequeant dicere, si vel ipsis concederetur hypothesis de recens adiectis punctis: licet id non negemus, ipsique illud fatis scient; nostram, quam hac dissertatione defendimus, sententiam, tenebrarum & obscuritatis infamiam magisa scriptura facare remouere. Si enim vel puncta demerentur, foret illa quidem minus perspicua, quam nunc est, sed non plane & prorsus obscura obnoxia que quibuslibet interpretationibus. Ipsa nonnunquam consonantes, adcuratius considerata, sensum sine verum Spiritus sancti demonstrarent. E. g. Gen. III, 15. est: שׁוֹרֵן יְהוָה אֱלֹהִים ipse tibi conteret caput. Si ibi ad solam vocem נָתַן sine vocalibus scriptram adtenderes, posset quidem legi, tum נָתַן per Schureck (ipse), tum נָתַן per Chireek, (ipso), prout Vulgatus interpres reddidit: fed si modo sequentem vocem adcuratius considerares, illa sine tibi vel sine vocalibus subiectis indicaret, non נָתַן (ipse), sed נָתַן (ipso) legendum esse; quia ibi non in genere feminino est שׁוֹרֵן, sed in masculino שׁוֹרֵן. Ea quippe est Dei Optimi Maximi bonitas, vt verbo suo multis ab insulto perverorum hominum caueri modis, ne quidquam deester nobis eorum, quae ad aeternum animi otium & incolumentem faciunt. Vnde etiam meminimus, Patrem nostrum, Præfatem grauissimum disputationis istius, cui has nostras meditationes subiiciemus, narrare, B. PAVLVM ANTONIVM in collegio Anti-Sociniano ex ipsa Felbingeri versione, qua N. Testamentum interpretatus est, probasse diuinitatem Christi: quæ vtique res id testatur, vel ex versionibus sacra scriptura, quas homines suarum, id est peruersarum partium studiosi adornarint, si non omnem veritatem, vestigia faltem illius inuestigari atque erui posse, modo sincerum & cupidum veritatis animum cum meditatione serisque coniungos precibus. Si vero velex aduersariorum versionibus mentem summi numinis aliqua ratione discere possumus; quanto facilius percipi eam ex ipsis sacri textus consonantibus existimabimus? Vnde nostra facere non prorsus possumus illa Summe Venerandi SALOMONIS DEYLINGHI, quæ in Prefat. ad GEORG. CHRISTOPH. DACHSELII Biblia Hebraica accentuata exstant: vbi postquam adfirmasset, Pontificios

SUB EXAMEN VOCATA.

ficios, errori suo fatientes, ELIAE LEVITAE opinionem de punctorum notitate lubenter amplexos esse, ita pergit: *Nam si puncta vocalia cum uniusculo accentuum adparatus inventum sicut bumanum, & pro arbitrio reiici ac mutari possunt, cadit sacri Codicis integritas, perspicuitas & certitudo sensus. Omnia e contra ita sicut obscura, inuoluta, incerta & ambigua, ut nemo lectorum facile inventurus sit, ubi in tanta sensus varietate, & tot interpretum diffidilis adquiescat, nisi ad traditiones & Romanorum Pontificum definitiones, tanquam ad oraculum & sacram anchoram tandem confugiat.*

§. IV.

Porro id lectorum fugere nolumus, quod nos ipsi neque ignoramus neque dissimulamus: quantum in nos suscipimus oneris. Sunt verfa non capitulo profecto que nos ab instituto reuocare possent auctoritates summorum virorum: quorum ex numero (cum in historiam huius controvergia latius euagari non possumus, ab amplitudinem materie, quam Hec controvergia sua diffidilis cultate, | 0 hac dissertatione absoluendam nobis statuimus) duos modo profere- mus Christianos, quorum argumenta in primis quoque nobis perpendenda esse censemus, LVDOVICVM CAPELLVM in *Arcano punctuationis*, & IO. FRID. COTTAM in *Exercit. historico-critica de origine Mafore punctorumque Veteris Testamenti Hebraicorum*: quibus ex Iudeis au- tor fuit ELIAS LEVITA in *Maforeb Hammaforeb*, quem quidem librum, dummodo eius compotes fieri potuissimus, ipsum inspicien- dum fuisse credimus. Cum vero id adsequi nobis non licuerit, lec- rem ea de re veniam rogamus. Nec solis suminorum virorum auctoritatibus virgemur; sed & dubia satia multa, nec plane spernenda sunt, qua in nos impetum faciunt. Quod tum statim sensimus, cum hanc materiam luce quadam collustrandam labili nobis lege proposuissi- mus, eamque ob causam argumenta aduerfiorum fugitiuo oculo percurreremus, perpenderemusque simul animo, quid singulis ob- jectionibus respondendum esset. Facile tum prauidimus, non sine multo astu hanc tractationem absolui posse: id tamen & speramus, ita rem totam posse proponi, vt nostrae sententiae fauere ipsa veritas videatur. Duplicem vero sancimus legem, alteram nobis, alteram lectori: nobis, ut et modestia vtamar erga dissentientes, quam poscit res tam ardua, & tot objectionibus exposita; lectori, ne, si quid pec- A 3. caueri.

cauerimus, & si quid a forte humana non alienum commiserimus, nimis grauiter id ferat, sed reputer apud animum suum, & rem ipsam satis intricatam, & nostrarum virium tenuitatem.

§. V.

*Dispositio ro-
tius tractatio-
nis.*

Iam vero priusquam rem ipsam adgrediamur, id monemus, ita nobis omne hoc argumentum di-pertitum fore, vt primo obiectiones eorum, qui antiquitatem puncrorum oppugnant, destruamus, deinde eam stabiliamus argumentis, nostramque sūmul sententiam proferamus de hac controvēsia, ad Ezrāne tempora reiicienda, an a quolibet sacrorum librorum scriptore deriuanda videantur. Et cum meminerimus, duplicitis generis dubia in animis hominum circa hanc rem versari; hęc, quae omnia puncta, illa que solos accentus nouitatis arguant: singulis hostibus singulas acies opponendas censemus. Unde prior pars tractationis nostrae, vbi illorum argumenta consideraverit discusseritque, quę in omnium puncrorum antiquitatē impe-tum faciunt, tum demum eorum rationes perpendit, quibus, cum reliqua probentur, soli accentus videntur suspecti. Eadem ratione posteriori parte, primo omnium generatim puncrorum antiquitatē argumentis positius stabiliemus: postea demonstrabimus, illis qui idem de punctis vocalibus nobiscum sentiunt, incumbere, vt & accentus eodem loco habeant: tandem, prout dictum est, inquiremus, num a sacris scriptoribus ipsis singulis librīs, an ab Ezra vniuersis signa hec adiecta sint. Cum vero hęc materia dissertationis vnius academicę mensuram excedere pāne videatur, id nobis liceat, vt, si fortasse una tractatio complecti non omnia potuerit, altera accedat, posterioreisque lectori partem, quam polliciti sumus, exhibeat. Circa primam vero tractationis partem id a lectorē petimus, vt aquum se nobis atque facilem prēbeat, si forte senserit, idem & nostra sententia accidere, quod illo proverbio notatur: Semper aliquid harer. Cum enim hęc de puncrorum antiquitate doctrina non ex illarum genere sit, quę ad summam perduci possunt certitudinem, sed probabilibus rationibus nitatur; quid mirum, si quedam argumenta adversariorum non eueruntur funditus, sed labefactantur? Quę quidem tum demum corruere videbantur, vbi posterior tractationis pars, positiva

positiva argumenta proferens, inclinatam aduersariorum aciem, ut speramus, prostrauerit.

§. VI.

His igitur dictis, quæ significanda esse duximus, ad ipsam rem accedemus, & dubiorum istorum vim, quæ obiciunt nobis aduersarii, infringere conabimur. Obiecit multa is, cuius mentionem *ipsum*.

Transitus ad tractationem

*§. IV. initicimus, LUDOVICVS CAPELLVS. Inter recentiores in primis celebrimus IOH. FRID. COTTA, Professor hodie Tübingensis, in *Exercitatione historicoo-critica de origine Majore punctorumque V. T. Hebraicorum* (qui liber Tübinge Anno 1726. prodidit) plurimas rationes collegisse videtur, quibus inducunt aduersarii ad denegandam punctis antiquitatem. Quo de libro magnifica admodum sentit JEAN LE CLERC *dans la Bibliotheque Ancienne & Moderne 1727. Tom. XXVIII. P. II.* affirmans: *qu'il n'avoit encore paru aucun livre sur cette matiere, se court & si plein de matiere, que celuici.* Concedat nobis celeb. Vir, ut ex eodem libro, ex quo aduersarii nostri robora sua sententia tanquam ex armamentario quodam desumunt, nos quoque erpolumenta percipiamus, & ista, quibuscum nobis conflendum est, argumenta, tanquam in unum locum redacta & coacta agminis ritu inueniamus. Quamquam enim nouimus, LUDOV. HERCULEM DASERVM, virum eruditissimum laude florentem, opposuisse huic scripto *Exercitationem Philologicam, qua origo & auctoritas punctorum Hebraicorum divina adseritur, stabilitur & vindicatur:* tamen superesse que moneri possint, confidimus. Nec tamen legem quandam nobis imponimus, ne ea quoque argumenta sub accuratum examen vocemus, que forte a CL. CORRA pratermissa sunt. Iam igitur, ut isto ordine rem pertrahemus, quem §. V. a nobis adhibendum esse demonstrauimus, ea dubia adgredimur, quæ omnia Hebraeorum puncta antiquitatis laude priuare videntur; quibus dissipatis, ad ea progrediemur, que in solos accentus infestas sunt.*

§. VII.

Primum argumentum aduersarii nostri petunt ex testimonio Iudeorum, iisque cum explicitis tum implicitis. Vident nempe, nos ipsis obiciere consensum plurimorum Iudeorum cum nostra sententia: qui argumento opponunt & dubiam satis fidem huius gentis, & eiusmodi subiiciuntur.

Vide huiusmodi quid p. 16.
occasione extraordinaria
punctorum.

*Si Majore puncta demum adquisisset letari, eum igr illud Num. 5, 25. נְאָזֶן תְּמִימָה וְנַעֲלֵם מִתְּבָרֶג יְמִינָה וְשִׁמְמָה, וְאֵת וְרֹא כוּנָמָה אֲלֵת הַבְּדִיל. v. 19. נְאָזֶן וְנַעֲלֵם מִתְּבָרֶג ? eur non item Ex. 29, 14. נְאָזֶן נְאָזֶן, v. 16. נְאָזֶן וְנַעֲלֵם ? impri-
mis cum femininis נְאָזֶן in toto Pentateuco non nisi per 1 scribat. Vide illa פְּנִים
in Maj. mag. Ex. 29, 28.*

*Testimonium
Aben Ezra ex
Commentario
in Exod. XXV,
31. examini
modi subiiciuntur.*

modi dicta celeberrimorum eius doctorum, quæ in nos impetum facere sibi persuadent. Quid vero tum dicendum esse arbitrabuntur, si senserint, plurima, quæ in medium proferant loca, vel dissipari posse, vel ipsa quasi nomen apud nos profiteri. Inspiciamus igitur primo illud testimonium, quod petit clarissimus COTTA EX ABEN EZRAE Commentario ad Exod. XXV, 31. Occurrit ibi vox יְהוָה, in qua Iod anomalicum scriptum est. Ad hanc vocem sequentia נָמָת ABEN EZRA: רַאֲתִי סִפְרֵי שְׁבּוֹרוֹם הַכְּמֵי תְּבִירִיאָן וְנִשְׁבְּעוֹ וְחַמְשָׁה עַשֶּׂר מִזְמּוֹנִים שְׁלִישׁ פְּעִמִּים הַסְּתָכְלוּ כֹּל מִלְחָמָה נְקוּדָה וְכֹל מְלָא וְכֹל חֶסֶד וְהַנְּהָה כֹּחֶב וְרֹד בְּמִלְתָּה הַיְשָׁשָׁה Vidi codices, quos inquisiverunt (quibus curas criticas adhibuerunt) sapientes Tiberiadis, & iuraverunt quindecim ex senioribus illorum, quod tribus vicibus considerauerint omnem vocem, omne punctum, omne plenum & omne defectuum: & tamen est Iod in יְהוָה. At vero plane hic locus Aben Ezre non est contra nos; immo vix adsequi quis coniectura possit, quemam vox, aut quodnam comma sit in hoc omni sermone, quod aduersarii se nobis opponere vel aliqua ratione posse arbitrentur. Si enim quindecim ex doctoribus Tiberiensibus iuramento adfirmarunt, se ter singula puncta inspexisse, num inde sequitur, ut ante illorum tempora puncta exstiterint nulla? Ergone idem de plenis & defectiis adfirmabimus? Idem de vocibus omnibus facilius textus? Iurauerunt enim id quoque, se ter considerasse singulas voces, singula plena & defectiva. Immo vero, nonne hic ipse locus Aben Ezre pro nobis testimonium dicit? In quibusnam enim codicibus Tiberienses considerauerunt haec omnia? In illisne, quos ipsi scripserant? An in aliis, qui iam ante ipsorum tempora perscripti erant? Non quidem plane absurdum foret dicere, eos siuos Codices tanta cura examinasse, ne vitia & lapsus scriptoris irreperent. Posterior tamen sententia potior videtur, & ita comparata, ut animo feso facilius proberet, nempe eos alia, eaque vetera exemplaria normæ instar habuisse, ex quibus omnia, summa cura considerata, in hos libros, quos Aben Ezra vidit, transtulerint. Si igitur in illis puncta quoque considerarunt, nonne ea necessario iam exstisset censenda sunt, antequam vel Tiberienses lucem adspexit?

§. VIII.

* Omisit hunc Capellus verba haec intermedia: שָׁוֹא שָׁוֹא
 נִקְבָּה שֶׁלֶג יַתְעַלֵּב עַמְּלָשׂוֹן זָכָר וּכְן בְּמַלְתָּה כְּפָר יְוָנָה / יְזָקָה הַדְּמַתָּה לְפָתָח וְאֶת טָעַן לְמַתָּח
 הַזְּאֲרָבוֹ לְשָׁם שְׁוֹא טְהָנָה לְאַפְּגָן וְאַפְּגָן תְּהָתָה תְּיוּעַשְׁיָה קְפָצָא גָּדוֹל יְדֻעַּנוּ כִּי קְרָא בְּשְׁוֹא וְרָא
 וְהַאֲנָחָה כִּי הוּא כְּפָר קְמָלָה / יְשַׁלְּחָבְרָה חָנָה אֶת חָשָׁן יְכִינָה כִּי הַגּוֹרָה יְשִׁימָה בְּמַהְלָתוֹ
 וְקַדְבָּב בְּסָנוֹן שְׁהָוָה תְּחִילָת הַשְׁיִין חָשִׁישִׁי VIII.

Aliud porto testimonium ex eodem auctore, eiusque libro gram-

Aliud eiusdem

auctoris testi-

monium ex li-

bro חָשִׁישִׁי

examen subit.

matico, qui *חָשִׁישִׁי* vocatur, fol. 138. b. Edit. Venet. citat Clariflumus

COTTA Cap. I. §. 5. quod & LUDOV. CAPELLVS L. I. ap. II. §. 2. p. 704.

in medium profert. Verba sunt haec: *וְרָקְמַנְקָדִים וְשַׁלְּחָבְרָה*

מְכָהָגְלָנְקָדְרָה לְנִקְרָא שְׁוֹא הַדְּרָא תְּיוּעַשְׁיָה בְּכָמִי תְּבִירָא

וְהַמְּעִירָה כִּי מְהָמָה הוּא אֲנָשִׁי הַמְּסֹרָה אַמְּהָמָם קְבָלָנוּ אַרְתָּה

כְּלַל הַמִּקְרָדָה. Ad punctatores quod adtinet, est eis mos punctandi

Schua sub Thau, טְשִׁוָּתָה. Et sic est mos sapientum Tiberiadis, וְיִשְׁיָה

isti sunt fundamentum, (i.e. prout Capellus explicat, nobis tanquam

pro norma & canone lectionis habendi), quoniam ex illis fuerunt viri

Masore (Masoreth), וְab his accepimus omnem punctuationem. Triā

forte desimi possent contra nos ex hoc loco argumenta: primo, vi-

deri doctores Tiberienenses hic vocari מְנֻקְדִּים seu punctatores, &

quidem nullam aliam ob causam, quam quia primi sacro textui pun-

cta adscriperint. At vero lectorum ne fugiat, quid sit punctator. In

Codice Hebreo, vna cum punctis describendo, hunc iudici morem te-

nuere, ut primo ii, quos סּוֹפְּרִים seu scribas vocant, omnes conso-

nantes exarantur; succederent deinde alii huic imperfecto negotio,

qui puncta adderent, nomine punctatorum seu insignes. conf.

B. Auunculi nostri IO. HEINR. MICHAELIS *Dissert. de Codd. MSS. Bi-*

blico Hebreo & IX. p. 8. seqq. Hi igitur hoc loco vocan-

tur, & nisi totus fallor, a Tiberienibus distingui videntur. Alias enim

bis idem de iisdem, Tiberienibus inquam, affirmaret ABEN EZRA.

Hanc igitur verbis Aben Ezra, declarationis gratia, paraphrasin apto:

Isti, qui puncta sacro textui addunt, solent Schua subiicere τῷ Θαυ,

adeo ut sit טְשִׁוָּתָה. Nec id dum faciunt, peccant. Nam & sic est

mos Tiberiensum, quorum scriptiōnē normān esse nostrā lectionis iudi-

camus. Nec tamen videmus, si vel maxime ipsi Tiberienenses per-

מְנֻקְדִּים hic intelligerentur, illud sequi, ut primi punctorum inuen-

tores sint. Alterum dubium, quo nos ex hoc loco vexare possent ad-

versarii, sicut videtur in eo loquendi genere, quo Tiberienibus

dicitur is mos fuisse, ut τῷ Σχουa subiicerent; quod videtur inuol-

vere, eos puncta non ex aliis codicibus descripsisse, sed de nouo

B

exco-

* Quibus potro haec probata,

unlur:

אָוְדִי עַשְׁן כְּפָר שְׁלָא

וְיַחְשּׁוּב אַדְמָה כִּי טְמֵן הַמְּנָגָךְ

וְיַתְּפַעַן לְזָהָר

excogitasse. Non vero video, num יְשָׁמַחַת לִבְקָר non possit etiam de ipsis dici, qui puncta aliunde transtulerunt; in primis cum non de Tibériensibus solis, sed & de omnibus מִנְקָרִים, eodem loquendi genere utatur hoc ipso in loco ABEN EZRA. Tandem id fortasse iugulare sententiam nostram arbitratur LVDOV. CAPELLVS, cum Tiberten-
ses vocantur שָׁקָר fundamentalium lectionis, nosque ab illis omnem punctuationem accepisse perhibetur. At vero utique ab illis punctuationem accepimus; illi enim curam adhibuerunt omnem, ut puncta ad nos quam integerrima & minime corrupta peruenirent: sed num inde sequitur, puncta ab ipsis inventa esse? Nonne etiam possumus dicere, nos a Masoretha omne plenum ac defectuum, omnes item sacras litteras Veteris Testamenti accepisse, omnemque textum authenticum? Num vero Masoretha hec omnia ex suo ingenio effinxerunt? Et ne id contra שָׁקָר הַמִּשְׁנֶה nobis molestum esset, effectus CAPELLVS ipse, dum ita illud exposuit: qui (Masoretha) nobis tanquam pro norma & canone lectionis sunt habendi.

§ IX.

Aliud eiusdem libri dictum de Pausatore erroris non accu-
fando.

^TNota: Quis hic Capellus, sacerdos &c. At ego miror vehementer, quomodo errauerit Pausator verba quoque eius hypothecis (hoc est, miror, qui tam confidenter ab illis erroris insimuletur) maxime vero, si ille sit Ezra scriba. Ceterum Pausatori nemo post eum fuit sapientia conferendus: videmus enim eum per uniuersam scripturam non fecisse pausam, nisi in loco conuenienti. Duo inde tela in hos parare studet CAPELLVS: primo enim hinc ait effici, quosdam Iudeos iam Aben Ezra atate in ea fuisse sententia, puncta ab Ezra non esse. Possent fortasse etiam quedam circa hanc rem moneri, e.g. illud posse explicari non de aperta insinuatione erroris, sed de eiusmodi explicazione sensum Scriptura proponente, que punctuationi pausatoris contraria sit, licet ipse per incuriam non animaduerterim ab illo me discedere. Hoc si dicerem, possem id aliqua ratione tueri, prasertim cum ibi, vbi τὸ &c. a CAPEL-

LO

vl 38. XVI. 51. תְּבִזְבֵּחַ אֶת־חַתּוֹת־
ASH שְׁרֵךְ בְּלֵת־חַתּוֹת, v. 52. בְּנֵי־חַתּוֹת
+ Interponenda hic post illud etc. Haec erant: Hoc omne
a. evenit, quia innenerunt in verbis priuati alienius (זָרֶן),
etc. occurrit verbus in Scriptura, qui debuissent cum sermonibus coniungi.

Lo positum est, possint existere fortasse quedam exempla huius explanationis fauentia: qua de re certi nihil possum affirmare, cum ipsum tractatum **בְּזִבְחָנָה** in manibus non habeam; nec omnino id mihi de CAPELLO perciudeam, eum memorie proditum candidè fuisse, si qua ibi nobis fauentia sequerentur. Sed non ita agam: concedam, fuisse iis temporibus, qui puncta Ezrae atque recentiora statuerint. Quod tamen num nobis multis auctis facilius possit, cum alii alter sentiant, vix video. Dicit quidem cum LVD. CAPELLVS. L.I. C. III. tum clarissimus COTTA §. 10. eiusmodi testimonia, licet pauca sint, ex CONTRARIIS NVMERO LONGE INFERIORA, tamen sexcenta alia dissentientium superare: quia haec sint maximam partem recentiora, in propriaque crux a Iudeis confida; illa vero antiquissima, & contra ipsos Iudeos militantia. Aduersarii igitur ea ratione his viris, qui contra nos testimonium dicunt, fidem student conciliare, dum dicunt, Iudeos, quando contra te iplos, contra gentis sue gloriam, contra punctorum antiquitatem sentiant, grauiores auctores esse; quam, dum in sua causa testes sint. Iam vero intelligere me nego, Iudeos sunt gloriae refragari, quando puncta signis expressa a Moysi aut Ezra deriuari nolunt, rem vero per puncta significatam orali traditione a Moysi ad Masorethas peruenisse dicunt: qua tamen in sententia nisi omnes, permultitatem vel illorum sunt, quos punctorum aduersarii tanquam causae sue patronos adducunt. Porro non video, num minor ludorum nobis fauentium fides esse debeat, quam contra nos dicentum; cum aduersariorum sententia majori eos licentia vagari permettatur in explicando variis modis facio textu, quia libertas aut potius licentia ingenio huius gentis satis adcommodata est. Ad antiquitatem vero testimoniorum quod adtinet, ex eodem supra adducto loco Aben Ezra patet, quodam saltem illo aucto puncta ab Ezra deuiasse, cum ita dicatur: **אֵת כִּי אַתְּ הַוֹּא שׁוֹרֵת הַסּוֹרֶר** maxime si is (paustrator) sit Ezra scriba. Alud porro ex verbis adlatis LVD. CAPELLVS efficere conatur consecutarium: ipsum Aben Ezram non iudicasse puncta Ezrae opus esse. At vero unde? Nam Aben Ezra videtur plane suam sententiam expressis verbis non significasse! Hac igitur nimirum ratione CAPELLVS: ait, ABEN EZRAM dicere: Pausatori nemo fuit post eum conferendus: videmus enim eum per uniuersam Scripturam ex his ipsis colligi posse, tempore A. Ettra hanc ipsius fideis fuisse receptionem et sententiam veluti sententiam, quae nimirum fuisse auctoriter accensum: 1) quia hoc argumento utrum ad confutandos explicetur, non accessib[us] contrariis; 2) punctori neminem sapientem conferendum ait.

cf. infra p. 14. & p. 84.

B 2
porro A. Ifras in libro leg. XVIII, 3. nota quidem ח'לון א'ל'ה מ'עלה אה'ת ה'יא א'ע'ב, ש'אנש, ה'ט'ה'ר'ה, quod Masorethis, monentibus et cunctis legi oportere, videbatur contradicere: sed ut hanc suspicio ו'צ'א י'ע'ז'ן ט'ז'ע'ן א'ך ת'כ'ח'ש: דברי אנשי ה'פ'נו'ת ד'ג' נ'ה'ט'ו'ת ש'ה'יא ב'יד'ם ל'ב'תו'ן ה'ק'ה'ה!

*

Deem A. Ezra in קומץ f. 179. a. ostensurus, fol. IV, 10. Verbum שָׁבֵךְ ob interpositum Sillikum non
posse compiri cum illis v. l. certis: כִּי הַנֶּה וְשָׁבֵךְ תְּפִלָּה הַפְּרוֹתָן שָׁאַגְנוּ יְלֻעַ
versus festus
21. 192. ai. non easdem syllabas modo plene modo defective in Ce.
ARGUMENTA CONTRA ANTIQUITATEM PUNCTORVM HEDR.

דָּם טָעַם חֲמִתְהַמְּרָת נְכוּנָת הַמְּמָרָת נְכוּנָת בְּדָבֵר: נְכוּנָת בְּדָבֵר
אָחָד בְּדָבֵר

ptaram paupium non fecisse nisi in loco convenienti. Adfirmat enim, nimirum hoc frigide dictum esse, quam quod in Ezram possit cadere. Mihi vero haec laus adeo eximia videtur, ut Ezram eius pœnitere minime debeat, cum vix magnificentius quid & augustius de illo memoria mandari potuisse. Quanti interim fecerit puncta Aben Ezra, id saltem ex hoc ipso loco satis intelligi posse monemus, cui alium adiungimus, ex illius Commentario in Esa. I, 9. ubi ita: שִׁיר גָּדוֹל הָוָא לְשִׁמְרָר דָּרָךְ הַמְּמָרָת fundatum magnum est (in explicacione textus sacri) obseruare accentus.

§. X.

Danidis Kimchii testimoniū accura-
tius perpendi-
tur.

cf. infra ad p. 26. notata.

inter medium

¶ 9.

טַבְקָרִי חַבְקָרָה שְׁטוֹ הַפְּרָשׁ בֵּין הַעֲבָרָה וְהַבְּנָוִי הַחֲדֹרָה כִּי
קְרִיאָתָן אַחֲרָת נְגַדּוֹ עַזְנַת הַפְּעָלָל בַּעֲבָר בְּפְחָחָה נְפָקֵד וְהַבְּנָוִי
כְּפָקֵד. Adornantes puncta posuere discrimen inter præteritum & par-
ticipium singularis (in Niphal,) quoniam leffio illorum una est. Punctarunt nempe prinam radicalem verbi in præterito per Patach
& participium בְּפָקֵד. Quid vero? si per adornatores punctorum
designari dicem illos, quos hoc נְמַכְּרִים vocari, seu supra monuimus? Quid tum hoc dictum contra me valeret? Potuerunt enim
existisse illi ante nativitatem Christi longo temporis intervallo. Fortasse ipsa connexio huius commatis Kimchiani lucis quid nobis
assundere posset, cum vero CAPELLVS non librum Kimchii citer, in quo
haec verba exstant, sed ex Elia Leuita tantum hoc testimonium desumat, cuius librum obvium non habuimus, ex con-
nexione neque possumus fauente causâ nostra, neque dissentientem
Kimchium peripicere. Sed concedamus etiam, eum loqui de homi-
nibus recentioris atatis: num ideo Kimchium habebimus aduersari-
um? At vero, inquis, hi homines posuisse dicuntur hoc discrimen! Nec tamen video, cur punctatores non possint dici ponere discrimen,
quando voces, quas scriba (סֹופְרִים) distinguere non potuerunt,
punctis adiectis distinguunt. Non nego, posse etiam istum sensum,
cui CAPELLVS fauet, inesse his verbis; sed & hunc, quem iam demon-
stro, inesse posse arbitror. Vnde Kimchii istud dictum neque me
neque aduersarios multum iuuabit.

§. XI.

§. XI.

Antequam finem huic tractationi faciam de testimonis Iudeorum contra nos adductis, huc monenda censeo. 1) Primo illis Iudeorum testimonis nisi non omnino posse aduersarios, quae simpliciter affirmant legem sine punctis datam esse; nam ea, cum neque de Ezra neque de Maforethis Tiberiensibus certa exhibeant, non Ezra punctati codicis laudem derauhant, nec omnem punctorum antiquitatem destruant. Immo illi ipsi sententiae, quae Mosen & singulos librorum sacerorum scriptores punctorum autores facit, minus detrimenti infertur ex Iudeorum testimonio, cum illud Mosen sine punctis scriptissime perhibet, quam si signa vocalia & diacritica ad ipsa Tiberiensium doctorum tempora reuiceret. Facilius enim est errori locus, vbi de ultimis aliquid feculsi adfimatur. Cum igitur Maforethis Tiberiensibus Iudei aliquid tribuant, tum grauius est ipsorum testimonium, quam dum aliquid Mosis aut Ezra etate factum vel pratermissum asserunt, que quidem *etas campus* quasi est, in quem fabulosum huius gentis ingenium licentius potest excurrere. 2) Deinde id significamus, quedam testimonib[us] ab auctoribus profecta esse, qui iam dudum omnem fidem profuderunt: immo ea contineare, que, cum falsa videantur nec ipsi punctorum aduersariis se probare possint, faciant, ut reliquorum dictorum auctoritas etiam concidat. Quo pertinet illud dictum quorundam Cabballistarum, quod ab ELIA LEVITA relatum exhibet LVD. CAPPELLVS L. I. C. IV. §. II. qui ELIAS LEVITA ita scribit: *Iuxta sententiam Cabballistarum tota lex est instar vinis versiculi; quin et secundum quosdam instar vinis vocis seu vocabuli, si modo excipias nomina divina, quomo scriptis R. Moes filius Nabamani in Prefatione Commentariorum suorum in legem.* Quod enim dicitur, totam legem instar vinis vocabuli esse scriptam, hoc res ipsi Capello incredibilis videtur, & aliquid profecto continet quod animo minus probari potest. Quamquam enim Graeci Codices Novi Testamenti sine intersticio inter vocem & vocem scripti sunt antiquitus, teste GRABIO in Prolegomenis ad edit. Cod. Alexandrinus, idemque mos in describenda LXX viralii versione obtinuit, prout MILITIVS in prefatione ad editionem τῶν ὀ perhibet: credo tamen, lectori facile me persuasurum, discrimen esse hac in re inter linguam Graecam Hebraicamque, & in hac magis adhuc, quam in Greca, sensum.

Primi huic argumentorum
ordini coleponem addimus.

*Igr testimonium hoc plus probat,
quam probare debet: 1) legem
alii instar vinis vocis
par vinis versus scriptam.
2) quorum illud ipsi Capello
incredibile est, hoc vero te
pugnat Talmudi, utrum in quo
iam meos Pentateuchis versus
adversari est, et verendum mittem
definitus, Tr. Rioduchin f. 36a.*

B 3 * np. T. 1. 27. 6. eius
bi. In. simul addit: Aliquantando tri ad vi landam forte ambi,
guillem, vel alias ob rationes, minori partio atq. puncto
etiam distincta. --- In fine quay commatis (sive peri,
odi spaciem aliquod plerumq. e reliqui, et punctum intuper
distinctio in superiori ultima littera ora capissime appositi.
Aliquantando a. spatium et quidem latissimum intercedit, et.

eiusmodi genere scriptio[n]is impeditum reddi, sine necessitate. Quanti vero fides doctorum Cabballæ facienda sit, de eo vt dicamus haud requiritur: cum portentosa horum hominum ingenia satis nota sint. Porro eorum lectori in mentem venire volumus, cum coll. §. IX, quædam testimonia Iudaorum nobis contraria esse senierit, quæ ibidem hac de remonstramus. Tandem dolere nos adfirmamus, cum videamus, quædam loca a Capello allegata in medio plane esse relinquenda, nec cum certitudine dijudicari posse cui parti faueant, ob defectum addendarum vocum antecedentium, & cum allegatis coherentium. Pertinet hoc IUDAÆ LEVITAE testimonium, quod C. II. §. 10. exhibet CAPELLVS, ex cuius interpretatione eiusdem quoque Iuda estatim quod §. 8. ciratur, illuſtrandum foret. Paragrapho enim 10. ita quidem CAPELLVs loquenter Iudam sifit: *Posuerunt septem reges, & accentus, vt essent signa quedam ad directionem eorum, qui ista transcribebant, idque iuxta Cabballam a Mo[ise] acceptam & ad eos usque propagatam.* Sed omisit bonus Vir istum nominativum, qui subiectum orationis declarare debebat, & ex quo omnis sensus penderet. Potest nominatiu[s] esse in isto auctore, חכמי טבריאים &c. sensu profecto immutato. Neque id nos ex ipsis istis scriptis Iudaicis eruere possumus, cum vix ac ne vix quidem illa obvia habituri simus, prætereaque Capellus nihil præter libros ipsos cirabit, pagina aut sectionum nulla mentione adiecta. Quod vero minus tunc sit, solis CAPELLI citationibus niti, cum hic auctor nonnunquam ea omittat, quæ ad rem vtique factura erant, vide §. LIII.7 Id porro addimus, recentiorum Iudaorum disserendum in hac re non magni fieri, quorum unum profert Capellus C. II. §. 12. nec variantes lectio[n]es, aut potius altercationes vel priscorum Iudaorum circa puncta regulasque grammaticas punctuationis, nos in fugam dare, cum in arte circa minuta signa occupata facile eiusmodi quid existere possit, licet dissidentes inter se de authenticis punctorum ipsorum nunquam dubitarint. Speramus igitur lectorum confere, iis dubiis a Iudaorum consensu desumis, quæ sub examen vocari potuerunt, satisfactum esse, & hanc aciem, quæ nobis opposita erat, si non dissipatam, at tenuiorem esse redditam. Sin vero malo dolo nos egisse existimet, & ea forte prætermissa testimonia a nobis suspicetur,

הנגידים

TP-84.

tur, quæ grauissima sint: hoc ipsi consilii damus, vt ipse Capellum aut Cottam inspiciat, dispiciatque, num eius criminis arguere nos iure possit, quo quidem nostrarum factorum conscientia absoluimur.

§. XII.

Illi igitur ad finem perducis, quæ circa explicitum Iudeorum contra nos testimonium monenda erant: implicitum iam istum confessum, quo aduersarii nostri hanc gentem secum confipire arbitrantur, considerabimus. Mentionem in primis iniiciunt cum LUDOV. CAPELLVS, tum Clarissimus COTTA, Pentateuchi in forma voluminis descripti, quem Iudei in Synagogis suis singulari cura & religione asservare solent, eoque in sacris publicis vii. Est utique hoc volumen scriptum sine vllis punctis vocalibus, sine vllis accentuum notulis; illudque tam sanctum & augustum habetur, vt teste CAPELLO Pentateuchum vulgari ratione descriptum huic volumini imponere non licet sit, licet Iudei religioni sibi non ducant, Pentateuchum punctis distinctum illi substertere. Est utique hoc non spernendum argumentum, multamque difficultatem, quamquam non plane iniicitam, fauorum isti sententie, que puncta ab ipso Mose repetit: præcipue, cum hic populus adeo tenax suorum rituum, religionibusque adeo deditus præfici videatur, vt animo vix concepi queat, vniuersam ecclesiam Iudaicam puncta, si unquam in exemplaribus Synagogicis exhibita essent, recentioribus temporibus ex illis proscripsiſſe. Accedit id, quod multo studio & industria probare conatur LUDOV. CAPELLVS, hoc exemplar Synagogicum ex Iudaorum mente referre sanctissimum istud legis αὐτόγραφον, quod ipsis Mosis manu exaratum in sancto sanctorum adulterabatur: unde illud αὐτόγραφον sine punctis suisse præsumit. Probat, hanc sententiam Iudaorum esse, adductis testimonioſi. Illud etiam dubium fatis dissipat CAPELLVS, quod peti posset ex MAYMONIDE, qui rationem describendi voluminis Synagogici explicaturus, meminit quoque litterarum punctatarum, atque collarum (¶¶): hic enim de corniculis certis litterarum, ibi de punctis extraordinariis sermonem esse euincit.

§. XIII.

Quid igitur censes, lector? nostram sententiam tot laqueis indutam, tot dubiis immersam esse, ex quibus emergere nulla ratio-

*Argumentum
aduersario-
rum a Volu-
mine Synago-
gico defun-
ctum proponi-
tur.*

*T sine punctis dicentieſis
(nam extraordinaria illa fu-
per XV. vocib⁹, eeu trilica pem-
cta, que non pertinent, colliguntur,
pra p. 1. Et hec sub fineſ
huius S. Item p. 16.*

*Vide hec praelio ante nobis.
Nam et Hieronymus haec or-
traordinaria puncta habuit, uq.
Ad illud argu. in Quæſitionib⁹ ad
menum re. Gen. XIX, 33. Apud
ne ſpondeat.*

*quod deſuper, qd. ineradicabile
et quod verum nra ocapit,*

ne possit? Non dum animum omnem abieciimus. Premit vriue hic Iudeorum dissensus codice Synagogico declaratus eos, qui a Moše puncta deriuant: nec tamen ita rebus illorum hæc quasi extrema calamitas incumbit, vt prorsus nihil habeant, quod respondeant. De quo quidem in fine secundæ tractationis dicendum erit. Minime vero hæc, qua dicta sunt ab aduerfariis, omnem punctorum antiquitatem euentur: possunt enim illa nihilominus ab Ezra eiusque esse sociis. At, inquis, si ab Ezra essent, nunquam ea foret Iudeorum audacia, vt puncta a scriptore Θεοπνευστῳ addita, a sanctissimo codice Synagogico tanquam profana prosciberent! Respondeo vero, primo: si vera sint quæ CAPELLVS adfirmat, codicem Synagogicum ideo sine punctis exhiberi, vt quasi simulet Mosis ipsius ἀυτόγραφον, pro ipsis sententiis signis minutulis hisce destitutum, vim omnem huius obiectiōnis concidere. Deinde; illum ipsum, cui commissum sit, vt ex hoc volumine Synagogico legem publice reciteret, domi libros punctatos adhibere & scrutari, vt deinde quam accuratissime lectio-
 nē punctis expressam obseruare possit. Vnde liquet, ritus Iudeorum sacros, nulla ratione antiquitatem omnimodam punctis denegare: nec forte plus huic argumentationi roboris inesse, quam si adseuerare vellem, Hagiographa exceptis quinque Megilloth ante Christi nativitatem non extitisse, sed Vro post illum saeculo demum adparere ceperisse; cum ne quidem in Synagogis recitentur, ideoque paullo abieciōris conditionis videantur, quam ipsa vocales, quæ licet scripto non exprimantur, voce tamen proferantur. Num vero plane hic ritus Iudeorum Mosen puncta scripsiſſe neget, id prout diximus ad ultimam tractationis nostræ partem reiūcimus. Illud tantum ad-
 dimus a CAELLO, prout arbitramur, prætermisum acerrimum telum, quod ex voluminis Synagogici ratione vel in eos informari posset, qui Ezram punctorum auctorem statuant. Adhuc nempe in isto Vo-
 lumine puncta extraordinaria, quæ licet a Mose ipso non bene deri-
 ventur, eius tamen antiquitatis sunt, quam HIERONYMI testimoniū nobis probare possunt. Dicit igitur aliquis: en! ea omnia, quæ in Pentateuco antiqua sunt, & Christi ætate superiora, licet non ab ipso Mose, saltem ab Ezra addita, Iudei in hoc volumen cogunt; ergo quicquid in illo non occurrit, illud ne Ezram quidem auctorem agnoscere

Vide p. 78. vi.

Vid. not. p. 15.

agnoscere videtur, aut alium quendam virum Christi ætate superiorem. Ad hoc vero argumentum respondemus, singularem esse caussam, que suadeat in quoouis Codice vel non punctato hac tamen signa exprimere: eamque caussam in ipsa significatione eorum sitam esse. Id enim, si omnes rationes rite subduxeris, officium horum punctorum esse videbitur, vt declarent, eas litteras, quibus imposita sunt, in aliis codicibus existit, in aliis vero desideratis esse præcis iam & ultimis facultis. Vnde, si bona fide vel solas litteras textus sacri describere volueris, minime culpandum erit, si horum signorum quoque rationem habueris, que antiquissimas lectiones variantes circa litteras sunt, ipsumque Kri & Cthib, si suspicionibus indulgere velimus, vetustate superant.

§. XIV.

Singulare huic argumento pondus accedere existimat Cl. COR-
TA §. 10. ex narratione Iesuitarum Chinensium, qui adffirmant, Iu-
deorum quasdam Synagogas in China repertas esse, penes quas fue-
rit liber legis Hebraicus, ante 600 & amplius annos sine punctis descri-
puit: Iudeos vero istos nihil vñquam de Christo audiuisse, (vnde li-
queat, eos ante Christi adventum illuc adpulisse) immo nomen eos
Iudeorum ignorasse, seque dixisse Israelitas; eamque ob caussam pro
reliquis decem tribuum, a Salamanstere deportatarum, habendos esse.
Lucem iam huic negotio adfundat is, qui in manibus nostris est liber,
inscriptus *Anciennes Relations des Indes & de la Chine de deux Voyageurs Mahometans, qui y allèrent dans le neuvième siècle*, cuius edi-
tor est, teste priuilegio regio, EVSEBIUS RENAVDOTIVS, qui & ipse a
pagina 125. vsque ad finem adiecit *Remarques sur les principaux en-
droits de ces relations*, in quibus huius codicis mentionem iniecit.
Id igitur primo ex hoc libro adpareat, fuisse istum codicem volumen
Synagogicum. Ita enim RENAVDOTIVS p.325. *On apprit aussi de lui,
que dans la mesme ville il y avoit dix ou douze familles des Juifs, qui
avoient une Synagogue assez belle, & qu'ils avoient rebâtie depuis peu
avec assez de dépense. Qu'on y conservoit depuis cinq ou six cens ans,*
*le Pentateue que escrit sur de Volumes en forme de rouleaux, qu'ils avoi-
ent en grande Veneration.* Idem ergo in omnibus Iudeorum Synago-
gis, que in Germania sunt, nostris oculis videre possumus, nec no-

*Ad ea respon-
detur, que
Cl. Corra de
Codice quo-
dam Chinensi
punctis desi-
tuto dicit.*

vum plane aut peregrinum, aut inauditum cauſſa noſtræ hic codex Chinenis bellum mouet: quod & ipſe COTTA indicare videtur. Vnde ſi plane nihil de hoc codice adderem, corrueret tamen, arque nulla foret hac argumentatio, ſimulac concidiffet illa, quæ a codice Synagogico perebatur. Sed iuuat diutius huic rei immorari, vt adpareat, tantum non omnibus numeris veritatis hanc argumentationem defitit. Qui igitur homines, inquis, eundem morem tenere, codicemque punctis exutum in ſacris adhibuerunt? Iſi nempe, quibus, ſi coniectura quid adſequor, inde a deportatione decem tribuum nihil cum reliquis Iudæis commercii fuit, ſiquidem non Iudæi, ſed Israelitæ existimandi ſunt, prout & iſi, qui inhabitant regionem Niſāpour, ex tribu Dan, Zabulon, Ascher & Naphthali ſe oriundos perhibent, teſte Renaudotio p. 327. Audio: nec tamen hoc argumento conſtrictus teñor. Eadem poſſem respondere, quæ §. præc. dixi: nihil hoc impediſire, qua minus ab Ezra puncta repetantur. Si enim Ezra deumum puncta adieciſſet, num mirum foret, eos, qui multis ante Ezram luſtris in remotas regiones transferunt, puncta non habere? Nec ego eam reſponſionem alienam a re, & desperata cauſſa praefidium peius existimauerim. Sed tamen, quo expeditiora mihi ſint omnia in poſtrema traſlationis parte, hoc tantum monebo: primo, nondum exploratum ſatis & certum eſſe, hos (liceat ita vocare) Iudæos reliquias fuſſe illarum decem tribuum, quæ a rege Aſſyria deportatae ſunt: deinde, ſi maxime ſint, multa faltem illis cum reliquis Iudæis interceſſiſſe commercia. Illud quidem (eſſe eos reliquias iſtarum tribuum, quæ miſerrimo exilio regibus Aſſyriæ poenias dederunt) non ſatis ſtabilitur, & extra dubitationis aleam ponitur, neque iſto teſtimonio, quo quidam in illis terris Iudai ſe ex tribu Dan, Zabulon, Ascher & Naphthali oriundos dixerunt; permulta enim fortalē harum tribuum familiæ, deſiderio facrorum rite peraſtorum, in regnum Iudæa confeſſerunt: neque iſta ignorantia, quæ iſum Iudaorū nomen apud iſipos deleuerat; cum imprimis iſte Iudæus, quem Renaudotius primum cum Iefuitis loquutum ſiſit in ſumma ignorantia litterarum Hebraicarum verſatus fit, Chinenib⁹ mafis inhians quaſi & conſecratus, ob eamquerem iſipis ſacris Iudaorū tantum non prohibitus. Dum vero hi Iudai iſum Christum ignorasse perhibentur, ea res incredibilis forte

forte videretur ei, qui nosset Muhammedis asseclas in ipso Chinæ regno habitare, quorum Coranus multa de Christo memoriae prodit. Accedit, quod anno Græcorum 1092 (Christi 781) Sinensibus episcopis Christiani iam fuisse perhibeantur in ASSEMANI Biblioth. Orient. Tom. II. p. 255. nota 2. qui hanc rem ex monumento lapideo in provincia Xensi inuenito probat. Sed, si vel hoc concederemus; potuisset Christi eiusque historia memoria longo interullo temporis locique, quo & ab illis rebus gestis & a terris Christianorum aberant isti Iudei, oblitterari. Quibus hucusque dictis adiiciemus ipsius RE-NAVDOII verba, quibus p. 327. suam hac de re sifit sententiam: *La pensée du P. Ricci, touchant ces Israélites de Caifamfu, qu'ils pouvoient estre des restes des dix tribus transportées par Salmanassar, est assez vraisemblable. Le juif Beniamin marque dans son Voyage, qu'il y en avoit dans le pays de Nisapour, qui prezendoient estre les descendants des Tribus de Dan, de Zabulon, d'Aséber & de Naphtali. Mais il faudroit sçavoir plusieurs circonstances, que nous ignorons, pour juger, si cette pensée a quelque fondement, ou si c'est une simple conjecture. Il servoit nécessaire d'avoir veu leurs livres, de sçavoir ceux qu'ils ne connoissoient pas. Car des Israélites de ces dix Tribus ne pouvoient pas avoir entre les mains, ni reconnoître comme inspirée de Dieu, les livres des Prophetes, qui ont reproché si fortement l' Idolatrie aux Roys & au peuple d' Israël. Ainsi ce que dit le P. Trigaut de ce Juif, qu'il racontoit les histoires d' Eséber & de Judith, fait voir, qu'il avoit connoissance de tous les livres de la Sainte Escriture, ce qu'il n' avoit pas été possible, s' il n' avoit eu commerce avec les autres Juifs.* Et quibusdam interieclis, qua compendii causa omittimus: *Ainsi ou ne peut s'ir des indices aussi légers, juger, si les Juifs sont entrez dans la Chine, peu de tems après la transmigration de dix Tribus, ou s' ils y sont venus en suite, de la mesme maniere que les Chrestiens & les Mabometans: & c' est ce qui paroît plus vraisemblable.* En virum, qui nihil certi adfirmare audet circa genealogiam horum Iudæorum; licet punctorum antiquitat minus faueat. Id saltem ex verbis eius adparet, quod & res ipsa loquitur, eum existimare hunc Iudeum, qui Esther & in primis Iuditæa res gestas fataque nouerit, cum reliquis Iudeis multam saltem consuetudinem habuisse. Quod si con-

C 2 cesseris,

cesseris, concedas etiam, usum non punctati codicis Synagogici ex eodem crebro cum nostris Iudeis commercio deriuari posse. Sed quid his diutius inhæro? Aduersarii nostri probent, si voluerint, hos Israelites decem tribibus a Salmanassere deportatis originem debere; euincant, eos ex commercio cum reliquis Iudeis hunc ritum accipere non potuisse. Quam quidem probationem illis difficillimam fore arbitror, qui & litteris Samaritanis olim codicem sacrum conscriptum censemant, & sciant, horum Iudaorum codices, teste RENAVDOTTIO p. 328. quod ad characteres litterarum, nostris codicibus simillimos esse. Hæc tamen omnia si probauerint, non tamen acies nostræ inclinata ac prostrata erit.

§. XV.

*Argumentum
a scriptis Cab-
balisticis de-
finitum in-
fringitur.*

*Et tñ. ipse Cotta §. II. facer-
cogitetur, in autq[ue]risf[er]mis
libris Cabbalisticis, Bahir
et Zohar, commemorari pun-
cta, qua vero rodiles,
interpolationis nouisatis,
sunt suspecta facil.*

Aliud porro argumentum contra antiquitatem punctorum aduer-
sarii nostri petunt ex scriptis Iudaorum Cabballisticis, iisque antiquis-
mis & ante Talmud confectis; quorum auctores mysteria sua ex fo-
lis textus Hebraici consonantibus, inuersis, transpositis, varieque
permutatis exculpere adlaborent, nunquam vero ex punctis voca-
libus, de quibus alium sit apud illos silentium. Immo, ne eos qui-
dem Cabballæ doctores, qui a nostra aetate proprius absunt, ex punctis
vocalibus & accentuum signis exculpere mysteria sua, ait CAPELLVS:
vnde parere pronuntiat, illos non credidisse, puncta eiusdem cum
litteris diutina auctoritas esse, nec, prout hæ Moysi originem acce-
ptam referunt, ita & illa eiusdem auctoris esse; cum aliquoquin pro in-
genio suo haud & manibus dimisfari fuissent vberimam occasionem
textum sacrum centenis millenisque mysteriis obruendi. Quod argu-
mentum, cum primum nobis negotium faceffere videretur, postea
adcuratius consideratum leue satis visum fuit. Primo enim ea est in-
doles linguae Hebraice, ut pars eius principalis consonantes sint, pun-
cta vero secundum quasi gradum dignitatis obtineant. Illas si tene-
as, alia vero puncta substitutas, tum quidem a sensu, quem scriptor
verbis expressit, modo magis modo minus deflecent: hec si serues,
alias vero litteras illis adiicias, tum toto calo a mente scriptoris aber-
rabis, nec sane a sententia, quam is memoria prodidit, proprius ab-
esse censere, quam is, qui verba CICERONIS imitatione, quam
masculam dicimus, sequitur, ab ea materia quam CICERO tractat, a
qua

qua quidem longissime discedere potest. Vnde sequitur, ut Iudeorum doctores, quando ex litteris ipsiis sacri Codicis mysteria eruunt, id aliqua saltem ratione tueri possint: si vero *relatis consonantibus*, ad ipsas vocales, ad ipsa signa diacritica, ad ipsos accentus progrederi velint, ut tum plane pro insani habendi sint, suisque conatibus non sacram Scripturam ipsum subfruunt, sed imitatione quadam mascula, habitum solum orationis in sacris libris expressum simulent. Vnde non mirum est, eos licentiae sue vel aliquo in loco metam sigendum censuisse. Deinde, ut generatim haec illa genera huius artis oratione complectar, quemam artificia Cabbalistica ita comparata sunt, ut possint bene ad puncta adiplicari? Inspiciamus quoque ista huius artis genera, que nobis exhibet Ven. WOLFIUS Biblioth. Hebr. Part II. p. 1210, seqq. ¶ *Gematria*, pro consonantibus vocum alias substituens, que, si illarum valores numerici sibi inuicem additione facta accererint, eundem numerum efficiunt, qui ex voce fundamenti loco substructa elici poterat (e.g. שְׁמַעַת בָּשָׂר וְאֶלְבִּזְבּוֹן pro שְׁמַעַת בָּשָׂר וְאֶלְבּוֹן, quia cum hoc tum illud, à valorem numericum litterarum species, efficit 358); hac inquam Gematria nullum in punctis locum habet, vtptoe qua exprimentis numeris non adhibentur. ¶ Aliud genus Cabbale est *Noricon*, dum ex litteris vocum initialibus nouas voces componunt; (e.g. ex יְהָוָה וְיַעֲשֵׂה vel ex singulis vniuersi vocis litteris totidem voices effingunt (e.g. if vellent ex prima voce in Psalmis obvia אשנוי effingere, איך חנוך רוח יהוה, quomodo oferunt Spiritum Domini?) Quid tibi videtur lector? Hoc deesse temeritati Cabbalistarum valde miraris? Id tibi singulare videtur, hos homines eo audacie non progrederi, ut litteras, partem primariam & capitalem sacri Codicis, missas faciant, solas sibi vocales sumant, easque iubeant integras voces simulare? Idne tibi insolens videtur, hanc non esse stultitiam atque adeo insaniam doctorum Cabbala, que (ut exemplo rem non in animo solum tuo, sed in oculis desigam) vel ex punctis, accidentiali parte nominis proprii שְׁמַעַת בָּשָׂר efficere posset: יְהָוָה וְיַעֲשֵׂה עַל מְרַשֵּׁי הָעָם וּבַרְאָשָׁם Mihi quidem, licet omnia ab horum hominum temeritate expectanda censeam, non a ratione remotum videtur, eos hanc detorsionem sacri textus, tam horrendam, tam in-

Inno vi allegoris indulgere possent, Codicem Legis unum etiam et noluerunt iudicari: quod ipsorum legitimonis pro, batum dedil lo. Henr. Holtius Thes. philol. p. 237. / 9.

¶

quod in exemplum est abba, litterarum christianorum, non Tudaorum.

auditam, tam incredibilem reliquis detorsionibus non addidisse, si vel
 maxime puncta a Mole & a Deo esse crediderint: in primis cum vo-
 ces Hebreorum ne speciem quidem pra se ferant, ac si a punctis vo-
 calibus inciperent, eas si neglexeris, quarum prima syllaba est **tau**.
 Tertium Cabballæ genus *Themura* seu *permutatio* vocatur, quod (te-
 ste celeberrimo wolffio) textus litteras tot numero retinet, easque
 vel manente ordine aliter componit, vel mutato ordine aliter trans-
 ponit, vel per certam Alphabeti combinationem cum aliis permutat:
 Quo etiam modo efficitur, ut Ierem. XXV, 26. vox **ךשש** per **בבל**
 explicetur. Consideret vero lector es, que iam sub initium huius pa-
 ragraphi de toto hoc argumento disputationimus, & reputet num, Iudei
 textum sacrum detorquerent, an euerterent & prout abicerent, si
 verbi gratia puncta cuiusdam versus litteris, quibus possent vellentque,
 instruerent: & tum iudicet, num haec peruersissima interpretationis
 ratio a Iudeis neglecta, arguere possit, eos vel priscis temporibus
 puncta plane ignorasse, vel recentioribus pro diuinis non habuisse.
 Adde & hoc: ita comparatam esse indolem lingua Hebraicæ, vt, si
 vel maxime velis easdem regulas in mutandis vocabulis adhibere,
 quas Cabballæ doctores in consonantibus obseruant, centies centies
 que nullus inde sensus existere possit. Exempli gratia, si vocales
 (prout isti in consonantibus hunc morem obseruant,) duobus ver-
 sibus sibi intuicem hoc ordine subiicere velles, **a e i o u**, & quo-
 ties in sacro textuista vocalis, que superiore versu continetur, obvia
 fore, aliam in eius locum supponeres, quæ ei in versu inferiori re-
 sponderet: vide, quem inde sensum habiturus es'es. Adplices hoc
 artificium ad primum comma sacrae Scripturae, tum sequentia habebis;
בראשית ברוא אליהם את השופטים ואת הוראות, nullo
 plane sensu. Vnde id dicere cupio, si vel maxime Iudei voluerint
 hoc artificio vocales in mysteria sua deriuare, qui potuerint? Istam
 tamen licentiam, quam aliqua, licet peruersa, ratione circa vocales
 adhibere possunt, non e manibus dimittunt, dum litteris sacri textus
 modo hos modo illos sonos vocales adhibent, **vt** varium sensum
 fundant. Quod tamen dum ab illis sit neque nos neque aduerfarios
 valde iuuat: nec, si ab illis negligenter, nobis magis molestem forer,
 quam

folio nro. 20
 p. 21.

quam illis quibuscum nobis res est. Porro ex inuersa; minuscula, maiuscula literarum figura mysteria elicunt: at vero id in vocalibus non faciunt. Hocne antiquitati vocalium fraudi erit? Minime! Cum enim eiusmodi figurae mutationes puncta subire non soleant, qui possunt ex illis mysteria effingere, si vel ultimae antiquitati vocales vindicanda sint. At, inquis, hoc saltē mirum, eos extraordinarias & a regulis Grammaticis recedentes punctationes mysteriis suis non adhibere! Respondeo, probabile esse: Iudeos Cabballæ studio deditos Grammaticis studiis sepe parum imbutos fuisse, & inde accidere potuisse, ut hæc, quæ a regulis deflectunt, ne animaduerterent quidem: deinde, Codicem non punctatum licentiae & conatibus horum hominum magis accommodatum fuisse, quam eiusmodi facere Scriptura exemplar, quod punctis quasi circumseptum & ab omni illorum iniuria munum est, qui quilibet ex quolibet efficeret volunt. Nec id negant plane aduerfarii, ipse enim Clarissimus COTTA §. XII. affirmat: probabile esse crebrum illius formula vsum, ne legas sic, sed sic, inde fuisse ortum, quod codex S. antiquissimis temporibus omnibus plane punctis defititus fuerit, & occasione huic circa vocales audacie, ansam deinceps alii fuisse subnatam, eadem ratione circa consonas eiusdem vel ad finis valde soni aut figuræ licentius ludendi. Quia dum dicit, quid dicit? id inquam, codicem sine punctis conatibus eiusmodi hominum magis fauere, quam punctatum. Si igitur Cabballici doctores neque satis bene tenebant plerunque Grammaticam & subtilem punctorum ~~arguere~~; neque punctatum codicem causæ suæ fauere existimabant: num mirum, eos suis mysteriis vel codicem punctis defititum adhibuisse, licet alii codices punctis haud essent denudati? Quod si fecerunt, qui poterant ex punctis protentos mysteria eruere?

§. XVI

Porro scripta Talmudica, tam Mischnam quam Gemaram antiquitatem punctorum iugulare, credit tam LVD. CAPELLVS L. I. Cap. V. §. 4. a plenio Tal. Argumentum)
quam celeberrimus Cotta §. XII. Negant enim in omnibus scriptis mudis defini-
Talmudicis mentionem punctorum fieri ullam, unde incredibile sit, tum expendi-
eo tempore puncta iam extitisse, in quod doctores Talmudici inci-
puncta tur.

puncta celeberrimos hos doctores laterent, si illis coœna essent; vel si magistri Talmudici ea nouissent, nullam facerent illorum mentionem. Hac ratione aciem dum instruant aduersarii, duo regerenda censeo. Primo: esse vtique loca, nec ea aduersariis ignota, in ipso Talmud, quæ non obscura significatione punctorum mentionem inuicunt, quorum vel agmen quoddam ex ipso CAPELLO defumi posset. Quæ tamen testimonia causa nostra eripere statuit CAPELVIS *Libro II.* de arcano punctuationis: nec in hac parte tractationis nostra illa nobis testimonia vindicamus, sed id negotii in eam dissertationem reiciimus, quæ positiva argumenta pro antiquitate punctorum proferet; in qua hac omnia vberiora & orationia fore confidimus, cum hoc ipso consilio tempus lucraturi simus, studiis hisce impendendum. Deinde nec id reticendum existimamus, certamini huic Colophonem additum non esse, licet ipsa nomina punctorum, e.g. Patach, Segol, Sa-keph Gadol, in scriptis Talmudicis non occurrant, dummodo alia quedam dicta adfinit, quæ signa vocalia & accentus his Iudeorum magistris ignota non fuisse suspicari nos iubeant. Nemo, ut rem exemplo illustremus, consonantibus antiquitatem ultimam tribuendam esse ea ratione inductus negabit, quoniam in toto sacro codice V. T. nullum nomen vilius littera occurrit, ab illo commate si discesseris, quod exstat Ezech. IX, 4. וְהַיִתָּא וְהַיִתָּא, vbi tamen וְהַיִתָּא facilius sane per *figuram* explicari crediderim, quam ipsam litteram significari affirmauerim. Immo, ne posset quidem hac ratione fretus pronuntiare, nomina litterarum recentia videri: argueret enim te Graeca lingua, quæ nomina Hebraicis simillima ex Oriente profecto accepta dum sepe litteris suis imponit, id adfirmat, Graecos vna cum litteris, id est priscis quam maxime faculis, nomina quoque litterarum Hebraica vel Chaldaica accepisse. Nolim quidem adseverare, eadem plane ratione se habere silentium scripture sacrae, libri exiguae molis & voluminum Talmudicorum, quæ amplissima sunt & vastissima: non spernendam tamen inde illustrationem desumere, aliquem mihi favorem conciliare liceat. Porro, valor numericus litterarum antiquissimus forte est: nec tamen unquam numeri litteris numericis expressi in sacro codice obseruantur.

T Tau

13

S. XVII.

§. XVII.

At! inquis, potuisset utique accidere, vt nomina horum signorum nulla scriptis Talmudicis continentur, nec tamen inde praeiudicium contra illorum antiquitatem conflari posset, nisi eiusmodi adessent loca; in quibus perpicuitas orationis id videretur exigere, vt adpositis horum characterum nominibus, saltem naturalibus, sermoni lux adsunderetur: ea vero cum aduersit, nec tamen illa nomina figurum illarum minutarum exhibeant; alium est de punctorum antiquitate. Argumentatur hac ratione LUDOVICVS CAPELLVS, argumentatur celeberrimus COTTA §. XII. quod dum faciunt, in primis gaudeo, me hac argumentatione pene ab instituti mei ratione deduci, & eo adduci, vt vel in hac dissertatione argumentum aliquod positivum pro antiquitate punctorum proferam. Prouocant in primis aduersarii ad illum locum, qui exstat in Massech. *Bava bathra* cap. II. fol. 21. Connexio huius committis haec est. Duo narrantur fuisse magistri iudeorum, quorum alter adfirmari, eiusmodi ludi magistro in primis videntur esse, qui multa in legendis Codice absoluat, licet non exactissimam diligentiam singulis vocibus impendat; alter id negarit, ac dixerit, se ea institutione in primis delestant, quæ (prout nos dicimus) non multa traet, sed multam. Ea enim virtus, quibus etas puerilis semel imbuta sit, non facile ex animo extirpari. Tum hic exemplo rem illustratur ita pergit: **שְׁלֵמָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל עַד הַכְּרִיתָה כֹּל וּכְרִיר אֶחָה לְקֹמָה דָּרוּר אָמָר לְיוֹה מֵאַי טָעָם עֲבֹרָה הַכִּי אָמָר לְיוֹה דְּכַהֲבֵה הַמְּחֻה אֲתָּה זָכֵר עַמְלָק אָמָר לְיוֹה וְהָא אָנָּה זָכֵר קָרִינָן אָמָר לְיוֹה אֲנָה זָכֵר אֲקְרִין אָוֶל שִׁילָה לְבִתָּה אָמָר לְיוֹה חַיָּה אֲקְרִיטָן אָמָר לְיוֹה זָכֵר שְׁקָל סְפִידָה לְמִקְטָלָה אָמָר לְיוֹה דְּכַהֲבֵה אֲדוֹר עֲשָׂה מְלָאָה יוֹהָה רַמִּיתָה**

Neglecta &
Talmudicis
nomina voca.
lum in quibus.
dum locis nos
non opugnare,
sed inuare pro.
batur.

עַל דְּכַהֲבֵה שְׁשָׁת חֲדָשִׁים יָשֵׁב שָׁם
יוֹאֵב וְכָל שְׁرָאֵל עַד הַכְּרִיתָה כֹּל וּכְרִיר אֶחָה לְקֹמָה
דָּרוּר אָמָר לְיוֹה מֵאַי טָעָם עֲבֹרָה הַכִּי אָמָר לְיוֹה דְּכַהֲבֵה
הַמְּחֻה אֲתָּה זָכֵר עַמְלָק אָמָר לְיוֹה וְהָא אָנָּה זָכֵר קָרִינָן אָמָר
לְיוֹה אֲנָה זָכֵר אֲקְרִין אָוֶל שִׁילָה לְבִתָּה אָמָר לְיוֹה חַיָּה
אֲקְרִיטָן אָמָר לְיוֹה זָכֵר שְׁקָל סְפִידָה לְמִקְטָלָה אָמָר לְיוֹה
אֲמָאי אָמָר לְיוֹה דְּכַהֲבֵה אֲדוֹר עֲשָׂה מְלָאָה יוֹהָה רַמִּיתָה
Propterea, quia scriptum est (1 Reg. XI, 14.) sex menses sedet ibi
Ioab & omnis Israël; usque dum extirpasset omnem (זָכָר) MAREM in
Edom. Cum igitur veniret coram Davide, dixit ei (Davide): Quare
fecisti ita? Dixit ei (Ioab): quoniam scriptum est (Deut. XXV, 19.)
delebis (זָכָר) MAREM Amaleki. Dixit ei (Davide): arqui nos (זָכָר)
MEMORIAM legimus. Dixit ei (Ioab): Ego (זָכָר) marem lego.
D Abiit,

*Abit, interrogavit magistrum suum, dixit ei: qua ratione legere nos fecisti? Dixit ei: זכר. Eduxit gladium ad interficiendum eum. Dixit ei (magister); Quam ob caussam? Dixit ei (Ioabus): Quoniam scriptum est, maledictus sit, quisquis fecerit opus Domini fraudulenter. En! dicunt aduersarii nostri, nomina vocalium nulla adduntur, licet summa id necessitas exigit, si quidem tunc temporis existissent! Narrant nempe nobis Talmudici doctores, natam fuisse controversiam Dauidem inter & Ioabum, num זכר Z. C. R. an Z. C. R. legendum sit. Athoc idem est: siue זכר legas, siue זכר, semper unum idemque erit זכר. Verum enim vero Iob pronuntiabat Zachar vel Zecher, Danid vero Zecher. Quia id igitur ratione magistri Iudeorum designant? Dicentne fortasse: Dauidem per duplex & prorulisse; Ioabum per duplex Cametz, vel per Schua & Patach? Id quidem, cui oculorum vissus est nemo adfirmabit. An vero adpingent figuram vocalium? Atqui nec ullas video. Quid est igitur, quod fieri potuisse, nec oratio obscura, absurdia, insuffla evaderet? Poterat Zecher & Zachar per alias voces explicari: poterat dici (i. e. ex ea significatione, qua est Deut. VIII, 2. & recordaberis totius vie, qua duxit te Dominus.) Poterat porro dici, זכר ו לא נקבה. Num tale quid sit? num omni contextu continetur? Minime! Quid igitur? Scribunt Talmudici, Dauidem legiffe Z. C. R. Ioabum legiffe Z. C. R. ludi magistrum Ioabi legiffe Z. C. R. Ridentine lectorum? an insanunt? At, inquis, quoquo modo se res habeat, vides profecto ita scriptum! Id tamen exte quaro; num negare possis, auctores huius libri dubiae isti vocis vocales subiecisse? Nullas vero, inquis, video, neque sub hac voce, neque sub omni libro. Ad integrum vero librum quod adtinet, eum quidem non adfirmauerim vocalibus instruclum vnuquam fuisse: sed nonne haec vox dubia saltem poterat vocalibus instrui? prout vel hodie Syri ita solent exarare sua scripta, ut haec vox, haec syllaba punctis substituta sit, altera instructa. At, iterum regeris, nulla signa sub זכר video! Hoc vero plane me non vetat credere, primos auctores haec discrimina tam necessaria adieciisse, licet ad nos non propagata sint. Quis enim ea postea describere debebat? **הסoper**, seu is, qui totum describebat librum. Facere id, scriptiones iuris subducimus*

Omnia res illa de hoc loco se habet, ut de Kimchiaco illa, quem supra ex ipso Capello al, legimus p. 12. §. X. quod np. punctilares נקדו עץ זכר ו לא נקבה נפקד הפעל בענין נפקח נפקד ut mani testum est, Kimchiaco ipsum priori 722 subiecisse ex, pressum Patach, posteriori vero Kametz, licet deflexi, plores et impressores per compendium omiserint. Sic A. Efra in Hof. IV, ad vocem הַבָּזֶן scribil:

תְּאֵת פְּלָתָה הַבָּזֶן תְּאֵת הַבָּזֶן. סִבְתָּה אֲתָא שְׁרָבָן אֲפָנָה עַיְקָב נְעָמָן erat, וְעַמְּנָן, וְעַמְּלָנִים וְעַמְּלָנִים. Sic in Arbab. versione Hispanica Matth. XX, 24. Filii hominis non venit لِيُخَذِّلَنَّ إِيمَانَ الْجَاهِلِينَ.

ducimus, utique debebat: sed cum hi homines solas litteras memoriae faltem in describendis bibliis prodere solerent, (conf. B. Avunculi nostri D. IO. HEINR. MICHAELIS *Dissert. de Codd. MSSC. Biblico-Hebraicis* §. IX. p. 8. seqq.) & puncta ad **רְאֵשׁ** נָקְדָנִים pertinere arbitrarentur; haec quoque puncta pratermisere. **הַכְּרִיזָן** vero seu *punctator* libro huic, qui paucis in locis punctandus erat, non adhibebatur. Iam incuria & negligentia non sane miranda accidit, vt puncta haec sub **זָכָר** disperirent. Quod cum fieri profecto facile potuit, tum etiam, si quid coniectura adsequi possumus, fatum est. Animo enim vix concipi potest, tam pinguis obtusique ingenii celeberrimos hos Iudeorum doctores fuisse, vt, si ipsis vocalibus additis vatis sefus vocis **בָּרֶךְ** non distinxissent, ne quidem addita significatione sermonem ambiguitatis & aquiuocationis vitio liberalissent, (more Rabbinis posterioribus non ignoto.) Id igitur cum factum non sit, magnopere mihi persuadeo, vocales illorum tempore iam exstitisse, que textum illustrare potuerint. Iam melius de nostra causa actum erit, si concepcionem id, puncta Talmudicis esse coeua scriptis. Id vero telum secundi ordinis, quod ex hoc dicto Capellus in nos format, Talmudistas omnem hanc historiam effingere ne quidem potuisse, si Iacobum codice punctato vsum credidissent, minus nobis exstialibile erit, si considerauerit lector, non mirandam summam codicum punctatorum paucitatem ante inuentarum typographiam; qua de re alio nobis loco agendum putamus.

§. XVIII.

Quam plurima igitur iam proferant aduersarii dicta, que eiusdem indolis sunt: nos quidem illis magis iuuamur, quam oppugnamur. *De locis Talmudicis in quibus dicuntur:*
 Addunt e. g. isti loco allegato illum, qui exstat in *Tr. Berachoth* in fine *bus* *ad Ies. 54, 13. vbi Talmudici iubeant legi, adificatores tuoi*, non *NE LEGAS SIC,*
SED SIC.

Scribunt enim in illo libro *בְּנֵי רֵא* sine Vau, & *בְּנֵי אֲדִיכָא* *tui* cum Vau; unde & vocales facile abesse poterant. Sed sunt alia effata magistrorum Talmudicorum, que huc pertinent, que & ipsi citant aduersarii: nos duo insuper addemus illis ex amplissimo numero similium locorum. In eodem tractatu *Berachoth* fol. 7. b. deriuatio & significatus propheticus vocis *Ruth* explicatur, & postea confirmatur, nomina sensu arcano non carere, tum vero additur:

D 2

לְמַעַן f. 54 b. *pro* *בְּנֵי אֲדִיכָא*

בְּנֵי רֵא per *He* *creauit ea.* *In Sota* a. VII. f. 60. *בְּנֵי אֲדִיכָא* *Num. 13, 34.* *בְּנֵי אֲדִיכָא* *Ne legas ministrum (pro nobis)* *בְּנֵי אֲדִיכָא* *תְּמִימָנוֹ* *pro illo ipso, scil. Deo.* *Quocumq; obseruacionem meam de Varr. leet. Oriental. et Oecl. in Esuris Hal. A. 1766. №. XVII.*

*Talia quoq; sunt, quin in Tr. de Sabbatho f. 119. b.**pro* *בְּנֵי אֲדִיכָא* *Gen. 2, 1. invenit**legere* *בְּנֵי אֲדִיכָא* ; *et in est.**לְמַעַן* f. 54 b. *pro* *בְּנֵי אֲדִיכָא*

אמר רבי אליעזר ראמיר קרא (תהלים מו) לכו חור מפעלה
 יהוה אשר שם שמוֹת באתן אל תקרי שמוֹת אלא
שׁמָוֹת, i.e. *Dixit Rabbi Eleazar: cum dicit versu; agite, videte opera Dei, qui posuit deaustationes in terra, ne legas שׁמוֹת (deaustationes) sed שׁמוֹת (nomina).* En! iterum iubent legi iubent, vetant recitari שׁמוֹת. Iam, licet ex contextu possimus sensum & pronunciationem harum vocum adsequi, nonne absurdum videruntur ii, qui nihil nisi easdem litteras scribunt, easque recitari iam iubent, iam vetant? Idem foret, ac si de isto compendio scritptionis *dns* monerem, ne legas *dns*, sed *dns*, quod vriue absurdum foret; licet ex contextu reliquo mea orationis pareret, a me id præcipi, non legi debere *dens*, sed *dominus*. Nonne igitur, si puncta adponi non potuisse a primis auctoribus Talmudis, ita potius mentem suam nobis explanaturi fuissent: ne legas, seu, ne explices in significazione **שׁמָה** (*deauftationis*) sed פָּשׁוּ (nominis?). Eadem dici possunt & in illum locum, qui est in *Massecheth Bava Bathra* fol. 75. vbi dicunt, tria esse, quibus nomen sacrosanctum יְהוָה inditum sit, 1) Messiam, 2) Iustos, 3) Hierosolymam. Et ad hanc quod adtinet, citant *Ezech.XLVIII.35.* vbi est: **אל תקרי שׁמָה**, & addunt **שם הער מיום יהוה שׁמָה**, ne legas (Iehoua est ibi) **יְהוָה שׁמָה** (Iehoua est nomen eius.) Id vero iam quale est, quando aduersarii ipsam istam formulam, ne legas sic, sed sic, suas arbitrarunt partes iuuae? Dicunt enim, eo audacia gentem Iudeorum peruerterunt non fuisse, vt per lusum ingenii aliter legi iuberent, quam in sacro textu appareat, si puncta præcis temporibus iam adfuissent. At! vero negare qui possunt, eadem licentia & minus honorifica ratione ipsas litteras ab hac gente traxi? Quid igitur dicunt? Quid est quod dici possit, vt cauillam suscep tam tueare? Persuadent fibi, natam circa vocales hanc licentiam, ad litteras postea demum fines quasi suos protulisse. At quid est hoc? In vocalibus ludunt Iudei; ergo recentes sunt. In literis ludunt: eas quidem recentes esse quis adfirmare audeat? Quae igitur est via argumenti? In vocalibus initia cepit hæc licentia: deinde liberius per ipsas litteras vagari coepit. At unde hoc probatur? possum enim eodem iure & ego dicere,

cere, litteris & vocalibus uno eodemque tempore hanc iniuriam fieri cœpisse. Nec, dum ego hoc dico, aduersarii negant, magni momenti erit nostra oratio. Sed sit! concedam, in vocalibus prima perversæ huius artis rudimenta exstissem: hoc nonne inde accidere poterat, quoniam multi codices sine punctis descripti erant, licet alii puncta haberent? Vtique enim non punctatus codex, (prout bene adsermant aduersarii) magis fauet his Iudeorum ineptiis potius, quam artibus. Accipimus hoc, quod datur: nobis illud testimonium aduersariorum fauere §. XV. diximus, iterumque per placere adseueramus.

§. XIX.

Alio argumento premere nos & vrgere studet Clarissimus COTTA *De argumento a litteris Samaranitana, quam sententiam EVSEBII & HIERONYMI testimonii maritanis de-*
sumto.
 §. XIII. quod defumit ab antiqua scriptura Hebraica, qua sit hodier a litteris Samaranitana, quam & ista, quæ circumferuntur & possidentur a nonnullis, sumto.
 numismata litteris Samaritanis insignia iuare creduntur. Samaritana vero scribendi ratio cum puncta ignoret, concludit inde Vir Clarissimus, a Mose reliquaque sacræ scriptoribus illa addi non posuisse. Statim quisque videt, non ea ratione omnem antiquitatem punctorum destrui; Ezra nihilominus possit gratias diuini hujus operis suscepit haberi. Vnde intacta hæc omnia relinquere possemus: id tamen non faciemus, quo minus multis laqueis & impedimentis in secunda dissertatione teneamur. Primo igitur respondeo, minime istam amplissimam quorundam criticorum de Samaritanis litteris sententiam ea certitudine gaudere, que nobis molesta esse possit. Non possumus quidem omnes iam nodos soluere, argumenta excutere, robora proferre istius sententiae, que litteris Hebraicis fauet: foret hæc nimis ampla materia, quam que limitibus dissertationis huius contingeri posset. Utamur igitur eodem iure, quo vñus est Cl. COTTA, qui in subiecta nota ait: *instituti sui rationem non ferre, rationes in hac eo n'rouersis ab utraque dissentientium parte productas recensere & ponderare, atque adeo argumentum hoc data opera excutere.* Satis igitur sit lectorum ad ea remittere, quæ vir eruditio[n]is laude celeberrimus, lumen quandam orbis erudit[i], qui, hæc dum scribimus, paucis ab hinc diebus cheu! diem supremum obiit, IO. CHRISTOPH. WOLFIUS
 hac de re summo ingenio, industria, diligentia, congeffio in Biblioth.

Hebr. P. II. p. 419. seqq. qui adfirmat, cum variae sint rationes, ob quas existimet Pentateuchum Iudaicis conscriptum esse a Mose litteris, tum in primis illud sibi grauissimum argumentum visum esse, quod Pentateuchus litteris Samaritanis descriptus discedat nonnunquam a genuina lectione iis in locis, in quibus similitudo litterarum Iudaicarum errori animam suppeditare potuerit, (cuius generis litteræ sint ב & ד, ו & ז;) quæ quidem in nostra scribendi ratione figuræ habeant sibi inuicem simillimas, minime vero in Samaritana: vnde videatur, ipsum exemplar Samaritanum ex eiusmodi codice descriptum esse, qui errori locum reliquerit, id est, ex Hebraico. Idem porro eam, quæ ex numis modo dictis imminebant, nubem dissipat. Deinde id regero, me non intelligere, quam ob causam fieri non potuerit, ut vel in codice Samaritanis litteris descripto puncta adhiberentur, in primis cum illa, si ductus lineaques primariae & fundamentales species, eadem cum Hebraicis esse credi possint, nec interdum vel tantum ab illis discedant, quantum characteres monachis visitati ab ista Germanica scribendi ratione, quam calamo sequimur: teste tabula ista, quam exhibet Ven. VAL. ERNEST. LOESCHERVS de *Cauffis lingue Hebreæ*: vt forte non longe a vero aberaueris, si dixeris, esse hoc genus scribendi ex Hebraico & Syriaco depravatum. At, inquis, ego nunquam sub litteris Samaritanis puncta deprehendo! Non vero credo, pleno iure inde vel hoc elici posse, Samaritanos nunquam punctis vobis prout, si lingua Arabicæ interierisset, haberes vero binos ternos libros idiomate isto sine punctis scriptos (quales in ea lingua permulti sunt, in primis historici) inde concludere non posles, nullos inquam characteres vocalium Arabibus fuisse. Multo minus vero id inde sequi opinor, ut, si Moshæ hoc scribendi idiomate vsus esset, puncta a Pentatecho antiquo proscribenda sint, cum, eadem facilitate substrui his litteris, quam quadratis queant.

§. XX

Iam summa cum voluptate ad illud dubium accedimus, quod obiicit causæ nostræ Cl. COTTA §. XIV. defumtum a cognatis lingue Hebreæ dialectis Orientalibus; que cum vel hodienum punctis defluantur, vel ea recenter demum acceperint, id probabile faciant magnopere, Hebraeorum linguam ipsam priscis seculis punctorum beneficio

*Argumentum
a cognatis lin-
guis ductum
expenditur.*

neficio gauisam non esse. Spero autem hoc argumentum ea ratione disipari posse, vt nobis magis, quam aduersariis, reliquæ linguae Orientales fauere videantur. Quas igitur linguis dicit Cl. COTTA? Chaldaeorum, Arabum, Syrorum. Ab hac iam initia respondendi faciemus, tum ad reliquias progrediemur. Hanc igitur Vir Clarissimus, ELIAE LEVITAE testimonio, quod exstat in *Maforeth Hammāṣreth*, fretus, negat punctis olim vñam esse. Respondebimus ad hæc non nostris verbis, sed ea tantummodo lingua Latina donata adscribemus, quæ hac de re Praes summe reuerendus, Parens noster optimus, in *diurnis Halensibus* A. 1731. N. XIV. sequentem in modum scripsit.

§. XXI.

„Controuersia de antiquitate accentuum punctorumque vocalium Hebraicorum, quæ Philologos per 200 iam annos exercuit, ista que quorundam sententia, quæ hæc omnia recensuientia esse adsererent, procul dubio eruditæ latere nequit. Cui questioni, & a duæ satis & diffuse, non quidem colophonem hæc vice addere in animo habemus: id tamen exemplo quadam in medium prolatu de monstrabimus, quam futilebus & inanibus argumentis nonnunquam vñi sint, qui antiquitatem vocalium Hebraicarum in dubium vocarunt. ELIAS LEVITA, emunere naris nec spernenda eruditio his homino, sed qui & sibi ipsi satis sapere videretur, Doctor Iudeorum, qui sub initium seculi XVI. Roma vixit, cum pontificatu fungeretur Leo X. primus (prout suspicamur) vocalibus accentibusque Hebraicorum, a figure tenuitate punctorum nomen adeptis, antiquitatem, quæ illis iure tribuenda erat, denegauit, nec ea ad codicis Hebraici integritatem requiri censuit. Cui cum obiiceretur, animo vix concipi posse, qua ratione pueri inprimis & rudes litterarum textum Hebraicum siue virtus, tenebris & hasitationibus legere potuerint, si (prout ipse existimabat) nonnullis post Christum fæculis vocales demum inuentae, textuque additæ essent; cum e. g. tres haec litteræ מ נ ב M. T. H. vocalibus destitutæ, recitari possint *Mattah*, (bacularis) *máttah*, (inuersus) *máṭah*, (vacillavit) *máṭrah*, (infra) *motah*, (vectis:) caussam suam inclinatam in Praefatione ad librum *Maforeth Hammāṣreth* ea ratione restituere conatus est, vt adfirmaret, Iudoxos

Allegantur verba Presidis de testimonio Eliae Levitæ circa linguam sic dictam Chaldaicam.

„dxos, cum lingua Hebraica vernacula vterentur, sine ullo negotio
 „legisse textus vocalibus nullis instructos, eundemque morem esse
 „reliquarum gentium, qnz versis Orientem iacent, istius imprimit
 „gentis, quam ipse Chaldaeorum nomine insignem facit. Quod quo
 „facilius lectori probari poslit, memorie prodit: Romæ se degentem
 „incidisse in tres Chaldeos, ex terris Regis Presbiterian (Presbyteri Io-
 „annis) oriundos, a Pontifice Maximo Romanam venire iussos, linguam
 „horum hominum vulgaribus sermonibus tritam Arabicam fuisse,
 „libris vero illorum scribendis, imprimitisque Nono Testamento sole-
 „mucem fuisse Chaldaicam: eamque illis audire Aramicam, seu Syria-
 „cam, Babylonicam, Asyriacam, Turcicam & Targumicam. Vi-
 „diste fè in libris hominum Psalterium Davidis, lingua litterisque Chal-
 „daicis descriptum: ex eoque libro illos sine punctis, seu vocalium
 „signis, textus sacros recitasse. Interrogatæ se eos, num punctis in
 „scriptis suis opus non haberent? Negasse illos, seque a teneris un-
 „guiculis ita & scribere & legere, commemorasse. Quæ omnia po-
 „stea in Hebraicam scribendi rationem ELIAS LEVITA deriuat. Hæc
 „tamen Iudei narratio scaterit vitiis & erroribus. 1) Primo enim tres
 „isti homines minime Chaldae fuerunt, sed Aethiopes, ex Aethiopia-
 „que oriundi; vt pote qui, teste ipso ELIA ex terris Presbiteri Ioan-
 „nis venerant, quo nomine tunc temporis Habelliniæ seu Aethio-
 „picæ regem Itali aliaque gentes designabant. 2) Deinde, lingua, qua
 „Aethiopes (quos Chaldeos ELIAS vocat) vtuntur vulgo, non est Ara-
 „bica, sed Amharica, quam IOBVS LVDOLPHVS Grammatica & Lexico,
 „qua & 1698. Francofurti ad Moenum prodierunt, docuit: licet lin-
 „gua Arabum quosdam Aethiopum, ob situm regionis, qua gentibus
 „Arabice loquentibus confiniis est, non plane fugiat. 3) Porro, Ae-
 „thiopum linguam ac Chaldaeorum eandem esse, illis temporibus per
 „ingentem errorem creditum est. Sic quidem IOANNES POTKENIVS,
 „Germanus natione, cum Psalterium Aethiopicum iisdem temporis
 „bus publici iuris faceret, Rome primum A. 1513. deinde Colonia
 „ad Rhenum A. 1518. illud confidentissime Psalterium vocat Chaldaic.
 „cum , linguamque , qua illud conscriptum est, Chaldaicam. Quem
 „errorem Ambrofius Thefeus illi summi humanitate frustra demon-
 „strare conatus est, his verbis: Domine Ioannes, pragmantia tua, ut
 „mibi

„mibi videtur, plurimum in hac re fallitur. Vid. i. LVDOLFI Diff. de
 „lingua Aethiop. Grammaticae eiusdem lingue premissa. 4) Id vero
 „perridiculum, hanc linguam (sive ipsam Chaldaicam intelligas, sive
 „eam, que per errorem ita vocabatur, Aethiopicam) Turcicæ etiam
 „linguæ nomine venire: cum Turcorum lingua a Chaldaeorum Ae-
 „thiopumque idiomate (que plane differunt) ingenti interuallo absit.
 „5) Tandem vero reliquis erroribus coronam quasi imponit ELIAS,
 „dum id sibi persuadet, Chaldaicam, id est, Aethiopicam linguam
 „signa vocalium habere nulla: cum Aethiopes (quos Chaldeos iam
 „vocat) ne quidem consonantes a vocalibus, & has ab illis in scriben-
 „do separare possint, vt pote quibus neque consonantes a vocalibus
 „distinxerint, neque vocales a consonantibus. Integris enim syl-
 „labis lingua ipsorum absoluuntur, seu eiusmodi figuris, que confo-
 „nantem vocalēm simul exhibent, vnde nec, proprie si loqua-
 „mur, Alphabetum habent, sed Syllabarium, seu tale quid, quod
 „nostro sic dicto A. B. ab respondet. At vero Chaldaici ab Elia in-
 „terrogati, num punctis gaudenter, id negarunt! Id vero ex igno-
 „ratione illorum accidit, dum non nouerant, Iudeum per puncta
 „vocales intelligere. Necquidem mirandum foret, si Germanus litte-
 „ris Hebraeorum non imbutus, interrogatus, num Germani puncta
 „haberent, eandem in respondendo ignorantiam proderet. Hac igi-
 „tur ratione comparatum est, grauiissimum illud (prout videbatur)
 „argumentum ab ELIA LEVITA excogitatum, quod LUDOV. CAPELLVS
 „in Arcano punctuationis, BRIAN. WALTONVS in Proleg. XIII. Bibl. Po-
 „lyglott. HOTTINGERVIS in Theb. Phiol. p. 263. & nuperime IOH. FRID.
 „COTTA de orig. Moysæ p. 49. & 71. ex illius ore acceptum iterum
 „iterumque vrgere ausi sunt, pessimo successu.

§. XXII.

At, inquis vnum vnius ELIAE LEVITAE hac de re testimonium, *Argumentum*
 quo minus tibi obesse possit, adductis his verbis effecisti: citat ve- *definuntur a*
 ro alios autores Cl. COTTA, qui sententiam suam ex ELIAE errore isto *vocalibus Sy-*
 non hauserunt: illorumque probat testimonio, Syros Maronitas voca- *rorum Græcis*
 libus olim non vlos! Quid vero dicuntisti autores? ANDREAM MA- *similimis exa-*
 sivm dicere adfirmsat Cl. COTTA, figuris vocalium, quas Syri nostro *minatur & re-*
 tempore adhibeant, ex Græca illos lingua acceperit. Quod vt *torquetur.*

E

adcu-

adcuratius perpendere & dividicare possit lector, sciat, dupli vocalium genere Syros Maronitas vti, & punctis, & characteribus quibusdam, qui Græcas vtique, testibus oculis, vocales referunt. Quamlibet igitur vocalem dupli ratione possunt exhibere, & iam hanc, iam illam figuram adhibent. Iam id queritur, quinam ductus, vocales sonos designantes, primores & antiquissimos sint in lingua Syriaca? Non desunt, qui vocalibus ex Graeca lingua profectis id tribuant; quorum in numero est celeberrimus CHRISTOPHORVS CELLARIVS: sed nec desunt, qui oppositam fuent sententiam; ex quibus allegamus Celeberrimum HERMANNVM VON DER HARDT, Graeca lingue patronum, & qui alias linguis, ipsasque Orientales, ex Graeca deriuare in primis studuit, qui tamen in *Grammatica Syriaca* p. 7. Gracos duxit in lingua Syriaca punctis, antiquitatem si species, postponendos duxit. Heres igitur, lector, nec quid probes aut sequaris vides. Quam ob causam ea de re nonnulla dicenda sunt. Id igitur primo consideres, easne vocalium figuræ, que proxime accedunt ad morem reliquorum populorum Orientalium, quibuscum cognatio quedam Syris intercessit, antiquiorum in hac lingua locum habere censendum sit, an illas, qua Græca sunt originis? Ego quidem arbitror, id ordinarie in linguarum scriptione summa antiquitati vindicandum esse, quod non ex peregrinis in illas migraverit, sed cuius incunabula quasi vel in ea ipsa lingua reperias, vel in cognatis. Porro, non commode ratio reddi potest, cur Syri puncta sua ciuitate donassent, si iam a Græcis vocalium beneficio antea essent austi: videntur enim Græcae vocalium figuræ punctis Orientalium in nonnullis prestantiores esse, quod quidem tum in primis dicendum est, si quid valet HOTTINGERI, ab ipso COTTA allegati, coniectura, qui olim Syros tribus modo punctorum signis sonos vocales significasse ait. Quod si verum est; cui probabitur, Syros, cum Græcas iam, vt ita loquar, diuitias degustasset, inopia ista magis esse delectatos? Altero vero se res habet, si puncta prius a Syris adhibiti dicas, quam illa Grecorum signa: tum enim ratio reddi potest, que Græcas vocales in hanc lingua transtulerit; prout infra videbimus. Tandem, vnde euenit, vt, si quidem Syri nulla priscis feculis puncta habuerunt, eas vocalium formas, quas traxerunt a Græcis, non Græco more mediis

diis vocibus infererent, sed litteris vel imponerent vel substernerent? Quæ res nihilne nos iubet suspicari? Nonne id subindicat, puncta iam olim huic genti suisse, quæ, cum inferne vel superne vocibus adderentur, id efficerint, utidem ritus in adpingendis Gracorum quoque vocalibus seruatus sit? Immo, qui factum est, ut iidem Syri, qui centena alias Græcis debent vocabula, si quidem vocales non nisi ex Græcia habebant, cum re hac noua ipsisque inaudita non Græca quoque harum figurarum nomina in linguam suam transtulerint? Prout videmus per se, res ex peregrinis gentibus ductas peregrinis vocabulis signari. Ars quidem nostra bellica Gallicis, musica Italicis vocibus horrens, exemplo esse possunt. Vix dubitandum, si Syris vocales ex Gracorum commercio primum innotuissent, quin Græca quoque nomina fuissent seruaturi. Iam cum omnes Syrorum vocales Syriacis vocabulis notentur, nonne existimandum est, iam ante Græca signa in Syriam translata, hanc gentem isto beneficio non prorsus cartuisse. Immo quedam Syriaca vocalium nomina a figura petita, non tam Gracos ductus, quam puncta respicere videntur. Sic secunda vocalis נָבְךָ adpellatur a *recumbendo*, quia infra litteram humi quasi recumbit. Scribitur enim per duo puncta voci substrata. Ast Græca figura huius vocalis iam litteris imponitur, iam substernitur. Porro quarta vocalis נָבְךָ dicitur, (quasi dices *erector*) quippe quæ ex duobus punctis supra vocem non recumbentibus, sed erectis quasi existit, accentui *Sakeph* quod ad figuram simillima. Ea vero figura, cum quibus nominum rei inditarum significatio conspirat, ordinarie pro antiquissimis habenda sunt. Qui vero occasione Græca vocales in Syriam migrarint, quoque id tempore acciderit, de eo pauca iam addamus! Primam quidem manum cum differentiatione huic adiiceremus, nullum nobis erat dubium, quin istorum regum auspiciis, qui post Alexandri M. obitum Syrie praesuerunt, Græca vocales in Syriam vela quasi fecissent: prout eorundem regum imperii ingens debetur multitudine Gracarum vocum, quæ Syriaca sunt ciuitate donatae. Quarum quidem si exempla cernere inquaret, vel ipsum CUVTBIRI Lexicon, Noui testamenti voces sistens, sub litteris ΩΝ non poenitendum tibi numerum exhibere posset. Accidit enim Syris, quod prouincia accidere solet, quæ cum alienis pareant imperii,

permulta ex regum, prout moribus, ita & lingua trahunt: cuius rei nostro quoque aeo Lusitani, Hispani, nonnullique ad Istrum iacentes populi, testes esse possunt, qui non vestigia linguae Latinæ, sed ipsam illam linguam, quamquam depravatam adhuc feruant, quam prisco-
 rum Romanorum amplissimi imperii acceptam referunt. Monuit vero nos postea, cuius insignem experti sumus humanitatem, Vir celeberrimus, & maior, quam cui a nobis laudis quid tribui possit,
 10. HENR. SCHVLTZIVS, qui se in ASEMANNI Biblioteca Orientali legisse commemorabat, quorundam ex sententia eo tempore Græcas vocales in Syriam inuectas, quo Syri cœperint libros Græcorum fat multos, atque in primis Homerum, in suam linguam transferre. Dum enim voluerint barbara (vti Syris quidem erant Græcorum nomina propria) adcuratus exprimere, Gracas vocales in subsidium vocasse. Hæc mihi Vir celeberrimus se legisse demonstrabat, quamvis ipsam paginam, vbi hæc in vasto illo auctore, exstant, memoria non tene-
 ret. Stupes igitur, credo, & opinari omne conœsum negotium: hanc enim narrationem satis ostendere, Syros eo tempore vocales habuisse nullas, quo Homerum lingua sua donarint. Sed bona res est. Primo enim, id non arguit, nullas proflus eo tempore Syris vocales fuisse. Modo enim probes istam Hottingeri conœcturam de tribus tantum antiquissimis Syrorum punctis, de qua plura §. seq., facile adparebit, Syros sua linguae inopia ad petendum e Græcia subsidium induci potuisse, quo adcuratus barbara illa nomina exprimerent. Qua & in sententia ipse est videbatur Cl. SCHVLTZIVS. Deinde, quamvis illa narratio labefactarit superiorē sententiā, non tamen sustutit. Superior enim illa duabus præcipue rebus iuuatur, 1) quod Græcorum Syria regum auspiciiis ingens vocabulorum vis ex Græcia in Syriam migrauit; 2) deinde, quod illa occasio commodissima & nostra rei videtur, cum Graci reges homines secum Græcos ducerent, Græcaeque, prout idem celeberrimus adfirmabat SCHVLTZIVS, lingua publice atque in nummis vrerentur, vnde facile ex hac in Syriacam ferpere quid potuit, licet alia iam antea vocales adfuerint. Quod quamquam non omnes in se habet numeros veritatis, opinabile tamen est, & ita comparatum, vt si illud concesseris, simulque de-
 deris, puncta ante Græcas figuræ, in lingua Syria exstissem, pre-
 fiantis-

stantissimum hoc sit pro punctis argumentum, cum illa Græcis Syriæ regibus superiora videantur.

§. XXIII.

Reliqua, quibus hac in causa nititur Cl. Cotta, ea complectitur
 IOH. HENR. HOTTINGERVS in *Theſ. Phil.* p. 263. seqq. qui primo citat *Alia quædam de ratione scri-
 prionis per*
 EX LUDOVICI DE DIEV *Grammatica lingua. Orr.* p. 17. frequentia verba: *non semper vocales adhinentur, (in lingua Syriaca), sed una ſepe dicitio puncta apud
 eas habet, altera caret; & una dictionis syllaba notatur, altera nuda Syros excu-
 eft: & cum adfirmasset, Syriacos libros vel proſrus non punctari, vei tianur.
 non adeo adcurate, vt apud Hebreos (teſtibus iſis *Lud. de Dieu* ver-
 bis) illuſtrat hoc ex Psalterio punctato GABRIELIS SIONITAE, non pun-
 ctato ERHENII: deinde verba iſta ELIAE LEVITAE, erroribus horrentia,
 citat: tandem dicit, GABRIELEM SIONITAM memoria prodiſſe, anti-
 quitus punctorum vocalium defectum litteris ו ו in lingua Syriaca
 compenſatum eſſe, vel etiam unico puncto; quod quidem HOTTIN-
 GERVS fieri censet more vetuſſimorum Arabum Kuficorum, quibus
 punctum ſuperne poſitum A, inferne E vel I, in ventre O notauerit.
 Ad primum quod adtinet, id nullus nego, Syris eum morem eſſe, vt
 alteram syllabam punctis instruant, alteram defituant. Faſum id
 quoque eft in editione Cœthenensi Noui Testamenti Syriaci, quam
 TROSTIVS publici iuriſ fecit. Idem didicimus ex Patre noſtro factum
 eſſe in libro quodam Liturgico, Syriaco idiomatico conſcripto, qui ex
 Italia miſſus in Bibliothecam Collegii Orientalis Halensis peruenit, que
 Bibliotheca poſtea libris Orphanotrophei Halensis acceſſit. Idem in
 Psalterio MSS. Syriaco obſeruauimus ipſi, quod ex eadem Orientalis
 Collegii Bibliotheca in adparatum librariorum Orphanotrophei migra-
 vit: ex quo, vt lector haec omnia animo feliciter poffit, primum
 verbum Ps. I. adſcribemus, Hebraicis characteribus, ob litterarum Sy-
 riacarum defectum, imprimendum: טבורה לברא רבארה
 דעלא לאי תלק וברענין רהטיא לאי קם ועל
 מותבא רמיכנא לא ותב. Vides igitur, parce adeo Syros vocalibus
 vti, vt eas, vbi deefſe poſſe videantur, omittant; ibitamen ponant, vbi
 earum defectus vel errorem vel difficultatem in legendō pariturus eſſet,
 e.g. in עילא, ne Vau mobile pro quiescente habeas: in תלק, ne con-*

iugationem Pael cum Peal confundas. At! hoc contra nos? Minime! Ita enim dum agunt Syri, quid faciunt? Vocalibusne vtuntur, an non vtuntur? Vtuntur profecto! Porro dum in plurimis locis vocales omittunt, quam ob caussam id faciunt? Procul dubio, ob istam remoram temporisque iacturam, qua ex tanta punctorum silua in scribendo existit. Dum vero in locis dubiis adscribunt, quid indicant? Non facile, neque sine detimento, linguas Orientales his signis prorsus carere posse. Quid vero suspicari nos iubent? Illud profecto, Hebreos stante ipsorum Rep. hunc morem tenuisse, vt, licet plerumque sine punctis scriberent, in illis tamen locis adhiberent, qua iis carere minus possent. Id, quod & Arabes, prout sequenti §. dicetur, in suis libris facere consueverunt. Num vero inde colligere ac suspicari possimus, libris sacris puncta quam maxime necessaria tantum ab auctoribus adiecta esse, ea de re secunda in dissertatione agemus. Tandem dum Sionita affirmare dicitur, Syros olim vocalium defecuum litteris Iod & Vau, vel unico puncto compensasse; non valde labore, num conieclura Hottingeri solido fundamento nitatur, an minus firmo. Coniecturam istam sine vlo intertrimenti accipio; idque dico: si antiquissimis temporibus Syri puncta vocalia vel tria more Kuficorum Arabum habuerunt, idque dicit Sionita, idem est ac si diceret, eos puncta habuisse. Immo si tria tantum puncta habuerunt, ex quibus successu temporis reliqua extiterunt, multo magis extra omnem dubitationem est, hac puncta Syrorum Græcis vocalibus ætate longe superiora esse. Vix enim credendum, eos si iam quinque fatis distinctas vocales habuissent, has suas quasi diuitias cum Arabum paupertate permutatus fuisse. His expositis, nec id diffiteor, non defuisse, qui adfirmarint, in MSS. Syrorum verutissimis nulla plane esse vocalium signa: his vero oppono testimonium IAC. LE LONG in Tom. I. Bibliothec. Sacrae p. 93. Qui ita: *Nec verum est, quod hic adfirmatur, puncta in verutissimis Codd. MSS. absesse: quidam antiqui hæc habent, alii contra illis desistuntur.*

§. XXIV.

Argumentum aduersarium ab Arabi-
Ad Arabicam lingiam iam nobis pergendum est, & discipien-
dum, nra illa detrimenti quid nostræ sententiae inferre possit. De-
ea quidem Cl. COTTA constare dicit, textui Corani vocales serius ad-
ieclas

iectas esse, eiusque rei testem citat GOLIVM Prefat. ad c. XXXI. Co- ca lingua de-
rani; (qui locus in ERPENII Grammatica p. 183. extat.) Ille tamen, ^{fonsum quid} certi nihil hac de re adfirmat: id tantum dicit, ^{efficiat, disqui-} verisimile esse valde, vocales Corano non ab ipso Muhammede, sed ^{ritur.}
ab aliis serius iunctas esse. Sed sit, in medio relinquamus, immo fa-
ueamus isti sententiae GOLIVI, quæ puncta Alcorani ab aliis auctioribus
profecta cenfet; saltem his terminis istam sententiam circumscriba-
mus, vt credamus, Muhammedem, licet ordinarie sine punctis scri-
perit, et tamen commata subsidio hoc lectionis instruxisse, quæ illo
care non potuerint: num Coranus vla ratione aduersarios iuuabit?
Quod quidem non pro certo & omni dubitatione exento adseuerauer-
rim, id tantum dico, nihil hanc sententiam insulsi aur absconi contine-
re; cum hunc istorum Arabum morem, qui nobis coœvi sunt, ex
Patre nostro compertum habeamus, qui libros MSS. Arabicos in lo-
cis dubiis punctorum subſidio illustrari nobis dixit. Id insuper mo-
nemus, (quod fortasse neminem fugiet) Arabes in libris non punctatis
ea tamen puncta adhibere, quæ litteras figura cognatione sibi ini-
citem accidentes distingunt, e. g. το Be, Τe & Θse. Quæ puncta
diacritica cum Arabes non solum adhibeant hodienum, sed & ultimis
iam seculis in Kufico quoque scribendi genere habuerint, immo & in
eo antiquissimo scribendi genere, quod ipsam Muhammedis ætatem
antiquitate vincere credit Mr. CHARDIN dans ses Voyages en Perse &
autres lieux de l'Orient, Tom. IX. p. no. & in tabulis V & X huic pa-
gina adiecit: hæc inquam puncta, cum ita se habeant, primo nobis
produunt ingenium linguarum Orientalium ad puncta proclius, adeo-
que bene nos de antiquitate Hebraicorum punctorum sperare iubent,
deinde in primis aliquem fauorem conciliant puncto diacritico, quod
Hebrei τῷ Schin imponunt, quod tamen, prout reliqua minutula signa,
antiquitatis laude aduersarii priuant; qua vero de re vberior nobis
erit dicendi locus.

§. XXV.

De Chaldaica lingua ut dicamus restat. Exhibitentur nobis Pa- De Chaldaica
raphrases Chaldaicæ Bibliorum, quas recentiori ætate a sciole quodam lingua dicitur.
punctatas in confessu esse, dicit Cl. COTTA. Hoc equidem non magnopere negabo, cum ipsa puncta tam adecurata & casta in Targumim non
sint,

sint, quam in Danielis aut Ezra scriptis; ipse præterea IO. BUXTORPIVS pater de Paraphrasi Onkelosi dicat, ineptam & insigniter deformem illius libri punctuationem fuisse, sequi eam hac causa inducunt sub lnam reuocasse & emendasse. Si igitur ista puncta, quibus iam Paraphrases Chaldaicæ instruta sunt, spectes, ea vltimæ antiquitatē vindicare profecto non ausim. Ad dubium vero inde formatum respondeo: licet puncta, qua iam in Targumim occurruunt, maxime depravata sint, immo licet vel erudit hominis, qui nobis atque contiguus est, ingenio, vel ingenio sciolis recentioris debentur; non tamen inde sequi, nunquam primos auctores puncta illis adiecerisse, saltem in locis dubiis, qua postea incuria scribarum (qui non eandem his libris diligenter adiubebant ac sacro Codici ipsi) perierint, vel iniuriam passa sint, vel etiam quibusdam in locis a sciole licet punctatore sint seruata. Quam coniecluram iuvant ea, qua Ven. WOLFIUS Bibliothec. Hebr. T. II. p. 157, ex RICH. SIMONIS Hist. Crit. V. T. I. III. p. 122. citat: Inter euoluentum Codices quosdam saceri contextus manu exaratus forte incidi in Pentateuchum, charta maxima, in pergameno, prægrandioribus litteris descriptum, qui Onkelosi Paraphrasin hoc modo exhibebat, ut quemlibet contextus Hebraicæ versum comme similiter parapraseos exciperet. In ea autem exemplari punctuatione Chaldaica a qualibet alia, quam batellus reprehendere licuit, tam in editis, quam in MS. Codicibus, mira discrepat. Hæc enim analogiam punctuationis librorum Ezra & Danielis longe melius, quam Buxtorfiana editio, representat. Cum igitur SIMON viderit paraphrasin Chaldaicam manu exaratum, que non solum deformem & ineptam aliorum codicum punctuationem vitavit, sed & ipsi Buxtorfiana editioni palmam præripuit; num inde non aliqua ratione suspicari possumus, punctatori istius codicis aliud quoddam exemplar subtilio fuisse, in quo puncta authentica, a primoque auctore adiecta, seruata sint? Quæ tamen dum scribimus, coniecluram exhibemus, non rem certam proponimus; nec oppositum nobis argumentum funditus iam suffulimus, ita labefactauimus tamen, vt si in altera dissertatione solidis argumentis sententiam nostram corroborauerimus, ea, quibus aduersarii nituntur, videantur corrueare.

§. XXVI.

§. XXVI.

Nouum iam argumentorum agmen nos excipit, duclum a Versionibus sacræ Scripture antiquis, septuaginta urali, Chaldaica, reliquis: quas versiones aiunt aduersarii nonnunquam ab ista lectione recedere, quam puncta textui adscripta adhiberi iubant. Inde probabile fieri opinantur, eo quo, quo ista Versiones consecræ sunt, puncta nondum existit: animo enim vix concipi posse, auctores versionum codicem non punctatum adhibuisse, siquidem punctato uti potuissent, aut toties a iusta lectione aberrasse, si punctorum subsidio adiuti essent. Quam rem Cl. COTTA §. XV. proponit, LVDOV. CAPELVS fatus tractat, argumentumque ita diuidit, singularumque Versionum causam ita distinguit, ut inde non parum aduersariæ sententia accedere roboris videatur. Qua in re id primo generatim monendum est: non statim sequi, ut interpres nullis punctis vñus sit, si vel aliquoties a lectione per puncta stabilita deflexerit. Datur enim in his minutulis figuris amplissimus, ut ita loquar, campus errori, rum in legendum, in describendo. Quorum hoc in omnibus codicis Hebrai editionibus obseruare licet, quas vel summa editorum diligentia ab omnibus typorum vitiiis, pricipue in vocalibus atque accentibus, immunes praestare non potest. Illud vero (in legendu errori locum esse) vnumquemque credo obseruisse, qui litteris Hebreorum operam dedit. Cui enim id non accidere solet vel fummo punctorum defensori, ut interdum inter legendos textus sacros, vel litteris per errorem alias vocales adiungat, quam in textu exstant, vel verius sensum adstringat accentibus contrarium: qua παρεξεισαται alia statim obseruamus & emendamus, alia vel plane non animaduertimus, vel non nisi alio tempore, aut occasione nata nobis innoverescunt. Habent enim puncta Hebraica proclive quid ad errorem pariendum ob pertenuem figuram: que cum in MSC. codicibus longe renuior sit, quam in impressis, dubitabimur lector, lapsus eiusmodi in euoluendis codicibus manu exaratis frequentiores esse posse quam in impressis? Quis denique mirari possit, versiones interdum punctis Hebraicis minus ex aste respondere, cum idem nonnunquam in consonantibus acciderit, quo in genere & illud est, cum LXX. vocem יְהוָה (exscindam) reddiderunt, Θυλαξω, Ezech.

F

Ezech.

*Ad argumenta
a versionum
antiquarum
punctorumque
diffensu defini-
tum generare re-
spondetur,
bunc diffensum
non arguere
statim, versio-
nem ex solis
litteris esse fa-
tam.*

Ezech. XXXIV, 16. ac si ibi scriptum esset יְמִשָּׁן per Resch, quena & LVTHERVUS errorem errauit.

§. XXVII.

Infrequentia codicium punctatorum efficit, ut nominatae versiones ex foliis litteris adornarentur.

Aliud huic generali obseruationi monitum item generale subiungimus: si vel maxime de hac vel illa versione euictum sit, eam ex non punctato codice factam esse, non tamen inde liquere, nullos eo tempore punctatos existuisse. Potest culpa huius rei tribui & negligencia scordiaeque, & peruerso ingenio interpretis: in primis, si vel eandem negligentiam alia quoque ratione prodit, vel ingenii in fabulas & portentosas explicationes proni vestigia aliis versionis sive locis impremit, ex quibus coniectura fieri potest, agre ipsum ferre, se a similibus nugis per vocales retrahi & revocari: in primis illa tamen in punctatorum codicium infrequentiam deriuanda videtur. Iam vero eo in argumento me versari sentio, in quo aduersarii & præcipue LUDOV. CAPELLVS singi a nobis permulta dicitant, rarissimumque codicum punctatorum vsum pretendi, cum nos laqueis constrictos videamus. Quibus id respondeo: Si tantus euinceretur defectus voluminum huius generis, vt plane nemo in versione adornanda codice punctato vhus videretur, neque in Iudea, neque extra Iudeam; tum sane id in nos valeret dictum. Iam vero, cum non adeo in viuierum hoc, quod aduersarii volunt, argumentis confirmari possit; nihil nos adferimus, quod a re atque a ratione remotum sit, dum dicimus cuius istis per paucos libros, aliquos tamen punctis illustratos fuisse, eamque paucitatem sumمام fuisse apud Iudeos græcisantes. In genere enim omnes libros rariores majorique pretio redimendos fuisse ante typographicis vsum, quam nunc sunt, quis est qui dubitet? Cui & id obiter adiungimus, quod, licet rem presentem non decidat, aliquid tamen ei lucis adfundit, & forte alio loco non nos pigebit monuisse: videri, quibusdam temporibus Codices sacros in viuierum, (sive foliis litteris constantes, sive punctis instructos) perpaucos fuisse, in quam rem ANTONIVS VAN DAALE in dissert. super historia Aristeæ de LXX. interpretibus c. XII. nomilla profert; que quidem omnia nostra facere aut adseuerare minime velimus, quædam tamen fundamento destitui non videntur: e. g. ea que profert ex 2 Paralip. XVII, 7. 8. 9. vbi dicitur Iosephatus misisse quosdam viros ad docendum populum in vribus

bus Iudeæ habitantem, & additur: *& docuerunt in Iudea, & cum illis erat liber legis Domini.* Quamquam enim in eiusmodi etiam terris, in quibus sat multa sacrorum bibliorum exemplaria obvia sunt, pii doctores ecclesiastici ea secum ferre consueuerunt; expressa tamen huius rei mentio infrequentiam quandam codicium sacrorum notat, & hos doctores librum istum legis non sine deliberato consilio secum portasse innuit, ne qua in vrbe codex deesset, ex quo populum docere possent: immo forte id ipsum, quod non *libri*, sed *liber* dicatur, aliquid suspicari nos iubet. Eandem codicum bibliorum infrequentiam vel florentissimis regni Israelitici temporibus illustrarem quoque inde, quod interdum, vbi de præteritis miraculis stupendisque Dei factis dicitur, notitia harum rerum gestarum ex relatione magis parentum, quam lectione Pentateuchi deriuatur. Confer e. g. Pf. LXXVIII. 3--7. Quia lectoris iudicio permittimus. Ad ingentem iam punctorum multitudinem quod adinset, illorum aderata descrip-
tio non potest non Herculei laboris opus esse, in primis si librarius in Hebraica lingua non satis versatus sit. Iam hinc collige lector; siste tibi illam difficultatem librorum describendorum, qua faciebat, vt qui nunc inter priuatas manus versatur, vix ante typographiam inventam principibus viris obtingeret liber: considera porro, qua de infrequentia Codicis sacri ante capiuitatem Babyloniam ex 2. Paralip. XVII. & Pf. LXXVIII. suspicati sumus: tum his adde singularem illam molestiam, qua tanta punctorum silua librarium fatigat, grammaticarum in primis regularum liuqueque Hebraice non satis peritum. Iam constituta, quid de infrequentis punctorum tibi codicum sentiendum sit: num illam alyssem perditæ cause, an conjecturam ratione sua non desitutam existimare velis. Progredere porro ex Iudea in eas terras, in quibus permulti erant Iudei, quitamen & Graece loquebantur, & Hebraica lingua plerumque expertes erant. Tum mirare, nos dicere, exiguum iis in terris numerum fuisse bibliorum punctatorum! Nec iam mihi obice, iis Iudeis in primis punctis opus fuisse: non enim semper ea habemus, quibus commoda nostra promouent; nec porro adeo necessaria puncta sunt, vt doctiores inter illos, qui semel iterumque sacrum codicem duce aliquo magistro le-

gerant; plane non possent aliqua facilitate eum intelligere, licet non tam plene, nec ea certitudine, quam si puncta habuissent.

§. XXVIII.

*Argumentum
a Versione
Septuagintaui-
rali dictum
refutatur.*

Iam in specie ea versiones considerandæ a nobis sunt, quas nobis aduersarii obiiciunt, quas inter & antiquitate & celebritate facile eminet Græca ista, quæ septuagintauiralis dicitur. Hanc igitur ex codice non punctato factam creberrimi lapsus contra punctuationem Masorethicam ex mente aduersariorum evincunt. Iam vero nos iubent considerare, num illa ratione accidere potuerit, vt summus Pontifex missis ad Regem Aegypti LXXII. viris, qui versionem Græcam sacra Scriptura adornarent, nullum via mitteret codicem punctatum, cuius illi subsidio opus tam vtile, amplum & augustum exsequenter. Ad primum quod attinet, id non negabo: ipse mihi persuadeo, factam eam versionem esse ex codice non punctato. Iubent enim me ita existimare, innumerii nāvi huius versionis, ex falsa circa vocales lectione, vel peruerfa vocum coniunctione & distinctione enati. Ad alterum quod attinet, id primo moneo lectorem, iiludque volo suspensum tenere eius animum: quod, si confero versionem τῶν ὁ. cum Paraphraſi Chaldaica Onkelosi, hæc cum in reliquo rebus illam aliquo intervallo post se relinquere videtur, rerum peritis; tum in primis puncta species, magnopere atque eximie illam antecellit. Iam te volo coniectura adsequi, qua de causa acciderit, vt ea versio, quam vnicus homo adornauit, palmam præriparet isti, quæ publice, iubente rege Aegypti, & infinitum auri argenteique pondus in hanc rem impendente, procurante summo Iudaorum Pontifice, a LXXII. sapientibus Iudaorum, atque adeo ab universa quasi ecclesia Iudaica est elaborata. Nodum soluent isti Critici, qui omnem hanc historiam, quæ nobis Græca Versionis sic dicta Septuagintauiralis originem exponit, quo errore et fabulosa habent. Non iam sermo mihi solum est de ista quasi inspiratione, quam aliqui perhibent τοῖς ὁ. obtigile, ita, vt vel singuli vel bini singulis cellis inclusi & a reliquo separati, eandem quoad omnia verba versionem vaticinarentur magis quam conficerent: quæ narratio cum in omnem auctoritatem textus authenticæ iniuria est, quod a vero eius sensu centies centiesque ὅι ὁ aberrant; tum eiusmodi genus adflatus diuini

divini exhibet, quale ne in prophetis quidem obseruari memini. In ipsis enim prophetis virisque apostolicis Spiritus Sanctus ingenium, quod illis a natura obtigerat, aliqua ratione secutus est; unde indolis illorum vestigia stilo & dictione librorum sacrorum impressa sunt, iam vero omnes hi LXXII. vii nouo more non easdem res, sed & iisdem verbis vaticinantur, plane ac si non plures fuissent, nec diuersi mentis orationisque habitu, sed unicus homo. Inauditum! Hanc tamen solam rem dictu incredibilem non tantum in dubium voco, sed id dico, esse qui dubitent vel negent, unquam Ptolemai auctoritate versionem Graciam adornatam, saltem ab eo legatos hac de causa Hierosolyma ad arcessendos eruditos homines missos esse. Quibus fauerit (ne iam de diuersitate stili in hac versione loquar) frequenter errorum, qui in ea occurunt: fuent portentose & fabulosae Iudeorum (quorum quidem testimonio pene omnis haec causa nititur) circa hanc rem narrationes, que nobis nihil nisi inaudita, late, inexplicata, & Saturnia quasi facula singunt: fuent dissidia scriptorum, qui hanc historiam exhibent, que tanta sunt, ut vix in unico totius rei geste momento auctoribus conueniat: fauerit Iudeorum ingenium, fabulis excogitandis natum, patrumque plurimorum ecclesia Christianæ imperitiae lingua Hebraica, que faciebat ut eo lubentius amplissima queuis de hac versione sibi persuaderi paterentur, vel ipsis persuaderent. Hæc igitur est quorundam de hac versione sententia, illam non regis auspiciis, sed priuato ausu a diuersis hominibus, Alexandrinis in primis Iudeis, confessam esse in usum Iudeorum Hebraicæ linguae ignorarorum: fabula vero de regia circa eam cura, vel ad amplificandam eius exultimationem efficia cenetur; vel, si maius, pedetentim ex ignorantia & vanitate hominum loquacium est enarrata. Quæ ampliora sane & orationia exhibet ANTONIVS VAN DALE in Differt. super Aristeia de LXX. Interpretibus. Amstelod. 1705. Nec te infirma hæc & a communi recedens sententia percellat, cum neque rationibus, neque auctoritatibus summorum & Theologorum & Criticorum, destituta sit. Quæ si tibi incredibilis ac durior videatur, id fatem tenebunt hi critici, regem Iudeos ad hoc negotium suspiciendum non euocasse ex Iudea, sed Alexandrinos ei homines admouisse. Quamquam & reliqua teneri posse spero. Hanc vero

sententiam si amplexus fueris, tum sane concidet valde vis argumenti a versione τῶν ὁ περιτι: cum homines priuati inter Gracos versantes auctores eius fuerint, inter quorum tribules pauci Hebraica intelligebant, pauci ob eam rationem librarii erant, qui codicis Hebraici vel solas litteras, ne dicam puncta, accurate describere poterant. Conf. §. p̄c. in fine.

§. XXIX.

*Argumentum,
quod ex Nono
Testamento
peti posset, ex
penditur.*

Nec id cuiquam caussam nostram suspectam reddat (cuius quidem argumenti mentionem iniici a LVD. CAPELLI non meminimus, non tamen illud censemus negligendum, ne forte lectoris animum distractum teneat) quod in Nono Testamento eiusmodi quoque commata, ex Versione τῶν ὁ, que punctis Hebraicis non accurate respondent, sine villa castigatione citantur, e. g. Hebr. XI. 21. οὐ προσεκύνησεν ἐπὶ τῷ ἀνροφ τῆς πάθου αὐτοῦ. Is enim mos fuit scriptoribus sacris, qui diuino adflatu tabulas noui feederis scripsere, ut eam versionem, quae nota erat omnibus, plerumque citarent, notas criticas, & ex hebreico texu (quem plerique auditorum non intelligebant) desumptas, haud adderent: nec in eo more quidquam est a sapientia & veritate Spiritus sancti alienum. Quemadmodum enim nostris temporibus nasutuli sepietirones male res suas agere creduntur, cum in concessionibus sacris versionem B. LVTHERI carpunt continuo atque vellicant; illi vero comprehensione digni a prudentioribus non existimantur, qui interdum vel verba versionis, minus accurate ipsas voces Hebraicas aut Gracas referentia, orationibus ecclesiasticis subfringunt, eaque in veram vtilitatem auditorum conuertunt, nulla facta mentione discriminis, quod inter ipsas textumque authenticum intercedit: ita nec mirum est, eandem viam ingressum esse Spiritum istum ab omni iactantia artisque ostentatione alienum, qui in apostolis habitabat; nisi sancta & demissa mente ipsam istam mirari simplicitatem volueris, quam Spiritus ille imitandam nobis proposuit, quo nos ab omnifastu ad veram deoq[ue] gratam humilitatem reuocaret. Id tamen forte lectorem mouebit, cum primo intuitu videre sibi visus fuerit, applicationem ipsam dicti N. T. ad rem traſtandam nonnunquam nitit eiusmodi explicatione τῶν ὁ, qua punctis contraria sit. Sed tamen, si & eiusmodi loca accuratius inspiceris, exitus aliquis reperietur. E. g. effatum

effatum Iesiae, c. XL. v. 3. קְרָךְ וַיֹּהֶה בְּמִרְבָּה פְּנֵי רָךְ קָרְלָא בְּמִרְבָּה se-
cundum accentus (vt & secundum αλληλουχίαν membrorum huius
versus) explicandum est, *Vox clamans est: In deserto parate viam
Ieboe: ita ut in desertu (in deserto) non ad antecedentia pertineat, sed ad
ipsa ista verba, quae a Ioanne proclamanda erant.* Iam vero Marcus
videri cuidam possit applicationem ipsam huius vaticinii ad Ioannem
ex fallā, punctis sicutem non adcommodata explicatione horum
verborum repere. Ita enim illa Cap. I. v. 3. 4. Φωνὴ βοῶντος ἐν
τῇ ἑρήμῳ ἐπομέτατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιάτε τας τρί-
βους ἀντοῦ. Εγένετο Ἰωάννης Βαπτίζων ἐν τῇ ἑρήμῳ, καὶ οἱ συ-
στατοὶ ματανάδαι εἰς ἀφεσιν αμαρτιῶν. Marcus videtur
ex verbis prophetarum probare velle, Ioannem in deserto vaticinari de-
buisse; id vero a textu punctato Iesiae alienum videtur: Sed salua
res est. Verbanum Iesiae punctata non quidem immediate, mediate
tamen idem indicant. Ioannes quippe dum proclamatūrus sīstitur. *In
deserto parate vias Domini!* nonne tanquam in deserto hæc verba lo-
quuturus concipiendus erat? quod tamen desertum & typus erat sum-
ma desolationis & vastitatis, qua in rebus spiritualibus & ad Deum
pertinentibus, mentes hominum occupauerat. Nec ideo opus est,
vt Marco errorem tribuamus, vel punctis auctoritatem negemus: cum
vel potuerit Marcus, ista dum scriberet, hæc quæ diximus in animo
habere, in primis, cum commata in Graeco textu adiecta non ab ipsis
scriptoribus repetenda sint. Eadem ratione alia etiam dubia, si qua
sint eiusdem generis, solui posse spero.

§. XXX.

Iam ad paraphras Chaldaicas progedimur, inquisituri, num
quid ex illis labis aut maculae sententia nostra de punctorum antiqui-
tate allini possit. Ex illis in primis citat LVGOV. CAPELLVS in arcane *cis* dicitur.

punctat. L. I. Cap. IX. ONKELOSI & JONATHANIS operā confecta, reli-
quias missas facit. In his igitur dicit occurrere, quæ a punctuatione
Maforethica discidunt. Iam ei a BYXTORIO respōsum est, esse qua-
dam vtique; per pauca tamen ea esse in ONKELOSO, plura in JONATHA-
NE; ONKELOSV ideo punctato codice vīam videri. Quid igitur
regerit CAPELLVS? ONKELOSV ait ideo proprius abesse a punctuatione
Maforethica, quia & legis linguaeque peritior fuerit, & in iis libris
versis-

*De Paraphra-
sis Chaldaicis*

*A. qui perphac contractum
feliciter in ruitate punc-
tum amplexus ē, in Collegio
critico Gottinge 1753. edito*

Patria suppositionem protidil, Maforethicanam punctationem conformaten esse int̄erpretas
n̄i Onkelos. Sic in. usq; differunt: Num. 24, 3. יְתִן אֱלֹהֶיךָ qui patet ut ri-
tel, o ḥayyimōs ḥayr; v. 18. יְתִן אֱלֹהֶיךָ

versetur, qui magis plano & exequibili orationis genere conscripti, Iudeisque insuper magis fuerint familiares. Vide *Vindic. Arcani punctat. L. I. Cap. V. §. 2.* At quid hoc est? Nonne hac responso studium partium sapit? Scias enim lector (idque & postea luculentius significabimus) per pauca esse loca in ONKELOSI versione, quæ non aducatissime vocalium accentumque signa sequantur: eiusmodi in primis, in locis, in quibus sine punctorum luce facilis error fuisset, in quem & alii inciderint, ONKELOSV M sape viam a punctis demonstratam diligentissime seruare. Si quid igitur peccatum est aliquando, num inde concludi potest, ONKELOSV puncta nouisse nulla? Confer quæ hac de re §. XXVI. diximus: confer exempla eruditissimorum nostri cui interpretum, qui nonnunquam per errorem alia in codice punctato legerunt, quam quæ punctis conuenirent. In de vero, quod magis quam cæteri illius seculi interpres, magis quam ipsi LXX, ONKELOSV punctorum sensum sequitur, in locis præcipue dubiis & in utramque lectionem pronis: nonne ego potius iure sane efficere possem, fuisse homini codicem punctatum. Et tum quidem, vbi hoc a me fieret, aliqua ratione argumento meo occurri posset, si dictaretur, ingenio eum adsequutum quid esse, non punctorum sub-sidio. Iam vero, cum ita res comparata sint, vt fuisse ille consensus, qui ONKELOSV inter & puncta Hebraica intercedit, omnia nobis prospera portendat: qui poterit CAPELLVS ex ipsa hac ONKELOSI paraphasi in nos imperium facere, non se tantum defendere; & tum omnem istum consensum in Paraphraſa ingenium deriuare? Hæc vero omnia vt plana & expeditiora sint lectori, comparationem aliquam inter ταῦς ὁ & ONKELOSV instituamus, ea ratione, vt ex quibusdam Pentateuchi capitibus, quæ hunc in finem in Polyglottis perlustrauimus, lapsus circa puncta & ταῦς ὁ & (si fuerint) ONKELOSI adscribamus; simul vbi alteram versionem offendisse in re quadam significauerimus, notemus num altera in eo loco puncta pressius sequatur.

§. XXXI.

Comparatio in-
stituitur inter occurrit in textu Hebraico: שְׁבַבָּמָרְעֵת וְשִׁנְיָהָה ὁ ὁ ver-
Versionem ταῦς tunt contra accentus: Βορδίν χόρτιν, σπέρων σπέρμα ΝΣΔ
in §. Onkelosi igitur in statu constructo conceperunt, cum potius sit in ab-
solute, quoniam per Sakeph Katon vel secundum alios per
Rbhia

Rbhia distinguitur. Melius igitur Onkelos vertit in statu emphatico, **אָשֵׁר עַל כִּי הָרֶץ**, *gramen, herbam* cec. V.29. secundum accentus ad **עַשְׂבָּה** (*herbam*) pertinet, non ad **זֹרֶעֶת זֹרֶעֶת**. At διό: **παντάς χόρετον, σπόλιμον σπέρων σπέματα, οὐέτω επάνω πάστος τῆς γῆς**. Referunt igitur potius ad **σπέρων σπέματα**, hocque rursus auellunt ab **עַשְׂבָּה**; cum tamen sit adiectiuum, quod naturam τοῦ χόρετον (*graminis*) explicare debebat. Porro in secundo huius versū membro voces non ad **פָּרוּ אֲשֶׁר זֹרֶעֶת** se secundum accentus referenda erant, sed ad **כָּל־עַשְׂבָּה**, ita ut verbi debeat: *omnem arborem, in qua est fructus arboris, seminantis semen.* At LXX: **καὶ πᾶν ξύλον, οὐέχετε ἐν αὐτῷ μαρπόν σπέματας σπόρους.** *Melius* hoc verbum hunc reddidit Onkelos: **דא ז'בורה לכון כל עשבה דבר זועידה מזרעת ר' על אפי כל ארעה וויה כל אלנץ ר' ביר' פיר' אלנץ דבר זועידה מזרעת Ecce dedi vobis omnem herbam, cuius granum fementis seminatur; que est super faciem viuiscere terre: Et omnem arborem, in qua sunt fructus arboris, cuius granum fementis seminatur. In Targumim vero in hoc toto capite aberrationem a panchis nullam obseruauimus; nisi forte in versu 20. virtutum circa haec signa obseruare tibi viſus fueris, & in Versione τῶν δέ & in paraphraſi Chaldaica: quamquam, quae ibi peccata sunt, non tam ex accentibus, quam ex aliis rationibus, fallitatis sunt arguenda. Progrediamur iam paullulum in vīlēra libri, & sextum caput nobis sumamus. V.5. exstat: **וְכָל־צָהָר מִחְשְׁבֹות לְבָוָה:** *et ertunt LXX, καὶ τὰς τις διαστάσεις εἰς τὴν παραδίδοντας εἰς τὰ πονηρὰ πάθητας τὰς γένερες: ac si legis- sent: וְכָל־צָהָר מִחְשְׁבֹות לְבָוָה רְקָךְ רְעָבָל־חַדְּוָם Que & vocalibus & accentibus ita instruxi, prout ex versione τῶν δέ concipienda erant. Melius Onkelos: וְכָל־צָהָר מִחְשְׁבֹות לְבָה לְחוֹד בֵּשׁ כָּל־זַמְנָה.* Pergamus ad caput XIII, quo illustriſima illa viſio Abrahamo facta narratur. V.4. Hebraice exstat: **וְרְחִצָּה & lauant,** quod LXX per Camets legerunt: **וְרְחִצָּה;** ideoque translitere, **νιψάτωσαν, lauent.** Melius Onkelos, non vero **אָסְהָוּ אַחֲרֵיו וְהַזָּה אָסְהָוּ** verterunt LXX, ac si prior vox haberet Chireck, **וְסַתָּה סַפְּנִתָּה אָסְהָוּ;** cum**

tamen id potius his verbis ostendatur, fuisse ostium post tergum Ichouæ loquentis: refutus ergo Chaldaeus, **וְהַזֶּה** & illud, sc. ostium. V. 12. Hebraicus textus habet, **אָחָר בְּלִתְיָה יְהוָה לִי עֲדָנָה** *post consenuisse me erit mibi voluptas?* Quod ὁ δέ ita reddit, ut vocem negligere videantur, reliqua vero sequentem in modum legere: **בְּלִתְיָה יְהוָה לִי עֲדָנָה;** unde reddit, **סְמָךְ וְעַמְּגַנְּגֵנָה**; **בְּלִתְיָה יְהוָה לִי עֲדָנָה;** optime vero ONKELOS, ita ut proflus videatur puncta habuisse, quorum subfusio ad castam loci difficultioris lectionem peruenierit. Tandem v. 27. in Hebraico est **אֶל אֶל** (per Camets scriptum), quod ὁ δέ reddit: **πρὸς τὸν Κύριόν μου**, ac si esset **קָרְבָּן יְהוָה**: melius ONKELOS, **coram Ieboua.** Ad ONKELOSVM vero ut veniamus, is quidem in hoc capite verbum 21. pene vexat, non adtendens eam coniunctionem, quæ voces **כְּלֹת** & **שְׁשָׁן** coniungit; unde **כְּלֹת** pro separato membro habet, & ita explicat: **אָשָׁר עַבְדִּיךְ עַמְּדוּן נִמְרָא;** faciam cum illis coniunctionem. Quanquam ibi eius versio, vt pote nimis laxa, ex alio Targum forte interpolata est.

§. XXXII.

Idem fit circa Progediamur porro ad canticum Mosis, Deut. XXXIII. quod, Deut. XXXII. cum plus difficultatis habeat, crebrioribus quoque in legendō erroribus obnoxium est, indeque & nonnunquam ONKELOSI diligentia, in reliquis casta integreque versata, ibi humani quid passa est. V. 2. Moses dicit: **לְקֹדֶשׁ בְּמִטְרָה שְׁעָרָה** *stillet ut pluvia doctrina mea.* LXX vertunt, **προσδοκάσθω ὡς νεύρος τὸ ἀπόφθεγμά μου,** expectetur ut pluvia sermo meus. Legerunt igitur **שְׁעָרָה**, & huic verbo ex nomine **שְׁעָרָה**, quod cervicem denotat, eiusmodi significatum tribuerunt, quem habet Graeca vox **ἀποκαραδούω**, exerto capite expecto. Melius, puncta si species, ONKELOS, **וּבָסְמָ כְּמַטְרָה אָלֶפֶן**, suavis fit ut pluvia doctrina mea: petita significazione radicis **שְׁעָרָה** ex cognata **שְׁרָב**. V. 5. occurrit difficile illud comma, **שְׁעָרָה לְאָלָּא בְּנֵי תֹמֶם**, quod ita reddi potest secundum accentus: *Perdiditne (Deus) ipsum (Israelem)? Minime! Filii ipsius (Israelite ipsi) sunt sua ipsorum tabes.* Hic vim quandam accentibus intulere & LXX

LXX & ONKELOSVS, nec satis obseruarunt, vocem לְאַלְיָהָה per Thbir distingui; vnde hic verit eas voces לְאַלְיָהָה, illi, οὐκ αὐτῷ: quod tamen non magis codicem punctis definitum arguit, quam aliam lectionem לְאַלְיָה pro לְאַלְיָה; nec sane mirandum est, cum vix ullus interpretum, eorum etiam, qui puncta habuerunt, ob difficultatem commatis satis accentibus a vi temperarit. V. 10. יְמִצְחָה בְּאַרְץ inuenit eum in terra deserti, utraque versio expreflit, ac si esset מִצְחָה inuenire fecit eum necessaria ad victimam pertinentia; LXX, αὐτὸν σὺν αὐτῷ, & Onkelos, סְכָן אֶרְכָּהוּ tribuit eis necessaria: nisi hoc inde potius, quod יְמִצְחָה perinde, ac R. Samuel Ben Meir, (qui tamen sine dubio punctuationum habuit codicem) exposuerunt, sufficiebat eis. V. 13. rursus videri possent utriusque interpretes vocem וַיַּאֲכַל aliis vocalibus legisse, cum ὁ δέ vertant, ἐψώμασεν αὐτούς, & Chaldeus, וַיַּאֲכַלֵּנִי: nec tamen id necessarium omnino est, in primis si Chaldeus interpretem species, cuius ex accurate alias diligentia non spernendum præjudicium etiam hoc loco existit, qui que ex analogia lingue Chaldaica facile easdem litteras iisdem punctis instrutas pro chaldaizante forma futuri Hiphilici habere potuit, qualis est Nhem. XIII, 13. pro וְאַזְרָחָה. Quanquam ne opus quidem est, ut eo recurramus in reddenda ratione huius versionis: cum enim Chaldeus paraphrasten magis, quam merum agat interpretem, nec semper omnes voces Hebraici textus versione sua adcurata subsequatur, sed nonnunquam liberiori eas ratione dicendi exprimat; videretur isti sermonis elegantiæ aliquid tribuisse, quam fluxum orationis quidam vocant, ideoque, cum cætera huius versus prædicta Deum tamquam subiectum respiciant, hanc quoque vocem ita immutare, ut eidem subiecto apta sit: in primis cum idem plane sensus sit, siue dicas, equitare eum fecit in excelsis terra, ita ut comedere prouentus agri; siue, & equitare eum fecit in excelsis terra, & comedere fecit prouentus agri. Et haec qua dixi, non solum dici posse censeo, sed & probabilia esse arbitror: speroque, fore, ut nec aliis a veritate remota videantur. V. 20. Mofes habet, מֵה אֲחָרֵיכֶם id LXX legerunt אֲרָאָתִים, igiturque reddunt: δέξω τί εἴη αὐτοῖς:

גָּלִיל קְרֵמִי מַה־זֶּה: quod ad puncta, adcuratius ὈΝΚΕΛΟΣ: בְּסִפְיָהוֹן, norum est coram me, quid futurum sit in nouissimis illorum. V. 29. Deus optat: יְהִכְמֹו שְׁבִילֹת זָהָרָה. Hic LXX legerunt לְנוּ, & significatum huic particula tribuerunt ex cognata quoad sonum voce נְלָא (que & 1 Sam. II, 16. c. XX, 2. per Vau scribi creditur), neglexerunt praterea forte Athnachum, qui נְנָא ad prius membrum pertinere demonstrabat: igiturque reddunt, οὐκ ἐΦρόντων συνέπει ταῦτα παραδεξάμενος εἰς τὸν ἑπίσητα χρόνον. Optime vero Onkelos, אֱלֹהִים אֲשֶׁר־בָּרָא.

§. XXXIII.

*Ex ante dictis
colligitur, On-
kelosum pun-
ctato codice
vsum.*

Iam pene a defendenda mea sententia ad oppugnandam aduersariorum causam vltro progredior. Quia enim re magis ipsam istius sententiae arcem inuadere possem, quam si ostenderem, ὈΝΚΕΛΟΣVM punctato codice vnum esse? Consideret igitur, quaso, lector, num probabile sit, ὈΝΚΕΛΟΣVM ex solis litteris paraphrasin suam effecisse. Discedit nonnunquam a punctis; sed ita discedit plerumque, vt vel liberiori tantum genere orationis vti videatur, vel in locis difficilioribus socios calamitatis habeat sat multos. In capitibus porro, quorum sensus facilis est, prorsus rarissime aberrat, omnia potius puncta accentusque adcurate sequitur: in difficilioribus longe rarius ea relinquit quam εἰ δέ. Sæpius ab accentibus, quam a vocalibus recedit; in quos ipsoſ tamē & nostri homines, quanquam per errorem, nonnunquam iniuriosius graſlantrūt. Dices tamen fortasse: celeberrimos nostri eui interpretes, si quid in punctis offendant, rarius id ὈΝΚΕΛΟSO facere. Quam tuam obiectionem diuidō: quosdam enim, quorum omnis vita litteris Hebraicis ſacra quaſi fuit, quique reliquias in hac parte eruditioñis palmam præripuerunt omnibus, adcuratius & felicius in hac re verſatos concedo. Nec mirum! 1) Primo enim ſubſidiis pluribus instruci ſunt, quam veteres Iudei. Iuantur enim cura & ingenio tot eruditiorum hominum, qui vel adornarunt verſiones, vel commentariis Biblia illustrarunt. Quorum cum faltem quidam puncta ſequunt ſint, nostri homines de vero & genuino ſenſu ac lectione monentur, & moniti adcuratius codicem implicant. 2) Deinde, cum in aliis quoque rebus Iudaicos interpretes ſuperent, mirandumne eſt, idem circa puncta acci-

accidisse? 3) Porro, nos beneficio Masoretharum Tiberiensium adcuratorem punctuationem nascimus, licet non ipsa illis puncta debeat. 4) Tandem typographia inuentum vel correctiores nobis libros exhibet, quam isto quidem tempore modico parabiles erant; vel plurium nobis editionum copiam facit, ut, quid in vna peccatum sit, ex altera nosse queamus. Alios vero etiam esse dico non contempnendos aut obtutis ingenii interpres, qui tamen non rarius, sed sibi, quam ONKELOS, puncta neglexerint. Confer e. g. ad loca illa §. XXXI. & XXXII. adducta B. LVTHERI versionem, quam non sane utili aut spernendo ingenio diligenterque composuit; tum inuenies, ONKELOSVM proprius a punctis Hebraicis abesse, quam ipsum LVTHERVUM: qui tamen interdum, cum exitum ex intricato commate reperiret nullum, consilio ab illis discessit. Confer & alias versiones. Licet! Id vero in primis me iuvat, si in eiusmodi quoque locis, in quibus ad errorem proclivia quasi sunt omnia & precipita, Chaldaeus puncta sequutus est: tum enim virtus videtur cum punctis legisse. Prater ea exempla, quae ex precedentibus paragraphis colligi possunt, adponam vnum ex Genet. XV, ii. regiis auspicis (vt adversarii volunt) versionem suam scripere, si in eam quidquid Iudeis erat consilii, ingenii, eruditionis, diligentiae insinuerunt; qua ratione accidit, vt ONKELOSI, privati hominis, paraphras, melius punctis responderet, quam illa? Perfecto, aut ille habuit in suo exemplari puncta; aut ne vila quidem ratione censendum est, τούς δέ regio iussu e Palastina arcessitos versionem suam effecisse, & omne ab ista versione petitum argumentum nullius pretii erit. Ac iam pene eo adducere aduersarios videor, vt forte verendum sit, ne dicere (si possint) velint, suauem istum consensum, quo ONKELOS cum punctis confiperet, inde natum, quod Tiberientes Chaldaicam interpretationem in signis hisce adiiciendis sequuti sint. At! qui dicere possunt? Nonne enim hoc foret apertum partium studium, & quaestia, non inuenta defensio; si primo dicerent, diuersitatem pun-

storum & τὸν Targum demonstrare, illud ex solis litteris esse factum; deinde, si hac non succederet, alia rem adgredenter via, fingerentque, Tiberienenses in addendis punctis ONKELOSI mentem & interpretationem sequitos esse? Quod quidem factum non esse, istae diuerditates, quae nonnunquam intercedunt inter puncta & Targumium, arguunt.

§. XXXIV.

Ionathanis paraphrasis cum Versione τῶν ὁμοίων conferuntur.

Iam de versione, qua Ionathan prophetas tam priores quam posteriores Chaldaica lingua donauit, dicendum est: quod quidem eadem ratione a nobis fiet, qua in Onkelosi paraphrasi vbi sumus, instituta collatione versionis τῶν ὁμοίων cum Chaldaica. Adgrediamur igitur capita Iesaiæ XXXVI & XXXVII, quibus historia deleti Assyriorum exercitus narratur. C. XXXVI. 5. Rabface dicit: **אָדָם בְּשִׂתְיָהוּמִים עַזְּהָבָה וְבָרֶזֶת לְפָלָחָת**, Tantummodo verbum laborum (seu inane verbum) est: confitio & fortitudo suspetit ad bellum. Hic vocem Καὶ videntur LXX. legisse per Thiere קָרֵב, inde vertunt: μὴ ἐν βουλῇ καὶ λόγῳ χειλέων παράταξις γνωστα; quasi dices: quomodo (solis) confutationibus inanibusque verbis, aies bellica instruitur? Ionathan, licet ipsum sensum horum verborum non plane adsequatur, punctiorum tamen codicum lectionem felicius expressit: **ברם בטמלל ספין במלך וגבורה עבריך קרבא** Vtique in locula laborum & confitio, & fortitudine committam prælium. V. 9. Thraso Assyriacus ita: **וְאִיךְ הַשִּׁיבָה בְּנֵי פְּחַת אַחֲרֵי אֲרָנוֹן** Quomodo hoc tempore etib[us] מִצְרָיִם לְרַכֶּב וּלְפָרְשִׁים auertes (in fugam coniicias) faciem unius praefecti inter seruos domini mei minimos? Sed confidis in Aegypto quoad currus & equites. Hic LXX. At Nachum plane negligunt, ac voces præterea quasdam ne degulstant quidam in vertendo, ita reddentes: **καὶ πῶς δύνασθε ἀποστρέψαι τὰς τοπαρχίαν;** δύεται εἰσὶν δὲ πενταθότες ἐπ' ἀγυπτίον εἰς Ἰαπόν καὶ ἀναβαῖν. Adcuratissime vero accentus sequitur Ionathan. C. XXXVII. 13. est **הַבִּישׁ שָׁעָה vagari fecit, & subverit;** (quas tamen voces alii pro nominibus propriis habent). Has voces LXX. pro vna habuerunt, **הַבִּישׁ שָׁעָה vagari fecit,** easque, cum nomen proprium esse crederent, Græcis litteris expræsserunt: **Αναγονάντα,** dum

dum nempe τοῦ γὰρ per γὰρ reddiderunt, prius ἵνα pro matre lessonis τοῦ Schurek habuerunt, posterius confuderunt cum Nun. Niſi potius scribarum id negligentia tribendum est, ν loco τοῦ ν ponentium. At Ionathan: Ιωναθάνατος πλεύσας εἰς Ἀγγελίαν τὸν θηλαῖον nonne vagari fecit eas, & captiuas fecit eas? sine iniuria punctis illata. Adpendicis loco addo v. 21. וְשַׁעֲרֹתָה וְשַׁלֵּחַ, qua LXX. ita vertunt, ut pro וְשַׁלֵּחַ legisse videantur וְשַׁלֵּחַ in Niphal, וְשַׁלֵּחַ מִפְּשָׁאַת הַשְׁלָאָתָה, & missus est Iesaias. Recens Ionathan: וְשַׁלֵּחַ וְשַׁעֲרֹתָה. Vnicus vero locus est in his duobus capitibus, isque propheticus, & fuso sermonis generale Ionathane expressus (qui quidem in vaticiniis longius a textu aberrat, ex eruditorum hominum sententia), in quo Chaldaicam paraphrasin ab accentuum signis alienam obseruauimus, cap. XXXVII, 26. vbi est, וְתַחַי בְּאֶתְנָאָתָה גָּלִים נְאָמָם עֲרוֹבָה בְּאֶתְנָאָתָה: quas voces, non antimaduerteens, nec per dominum, sed per seruum distingui reddidit: קָרְבָּנָה שְׁלָאָתָה בְּאֶתְנָאָתָה בְּקָרְבָּנָה. hoc fuit tibi in ruinam, quoniam fuit coram te sicut tumultus fluvium, quibus humiliantur ciuitates munitae. Iam rursus perpendat lector, quid de Ionathane statuendum sit, num solas litteras, an etiam vocales versione sua exprimat. Reperat & recognoscet, quae §. præc. de Onkeloso diximus, & ea ad hunc quoque interpretem transferat.

§. XXXV.

Ad reliquias versiones, AQUILÆ, THEODOTIONIS, SYMMACHI, Aliud argu. quas cauſa nostra Clarissimus COTTA opponit, pergendum mihi fo- menum, quod ret: niſi censem, & temporis rationem habendam, quod ad finem a versionibus laborem suscepimus perducere iubet, & molis, quæ dissertationem academi- bibliorum peri cam decet: simulque intelligerem, non valde aduersarios iuuari, si posse, cuspide vel concedamus, eas versiones ex solis litteris factas esse, modo de Chal- daicis idem euincere nequeant. Possent quidem nouum telorum qua- si genus inde in nos effingere, si concesserimus, quasdam versiones solas litteras Hebraicas sequi: quod quidem de Septuaginta viral nulli negamus. Possent enim dictitare: auctores saltem istarum versionum magnifice de diuina punctorum origine non sensisse; id enim si fecissent,

fecissent, non ea neglecturos fuisse. Quam quidem argumentationem negligere, si vellemus, aliqua ratione possemus: non enim de divina auctoritate, sed de etate & antiquitate punctionum dissertationem conscribimus: respondemus tamen, id, quod aduersarii efficerent volunt, non statim sequi. Potest enim vitique culpa huius rei tribui infrequentia codicum, qua inter Iudeos, imprimitis grecis, prout supra diximus, interque Christianos, non valde miranda est: praecipue cum videamus, versiones Chaldaicas puncta longe adecurati sequi, quam Graecam τῶν δ. Potest etiam adeuāri negligētia hominum, qui opus tam arduum presidio codicis punctati non instruti suscepserunt. Nec tum conclamatū est, cum dicitur: istos homines ita agere non debuisse. Per multa enim accidenta, que fieri minime debebant. Nostris quoque diebus nonnunquam homines, subsidiis eruditio[n]is & cognitionis linguarum plane destituti, versiones conscribere audent: mirumne igitur, si prīca quoque artas ingeniorum satis audacium & levium ferax fuit? Addē, versionem τῶν δ (vt isti quidem immoremur) alia quoque negligētia cuiusdam non excusande vestigia exhibere: immo ex codice factam videri, qui, si solas litteras spēctes, minus interdum adecuratus fuerit.

§. XXXVI.

*Argumentum
a silentio HIE-
RONYMI de-
flantum pro-
ponitur, &
aliqua ratione
debilitatur.*

Ilud nunc nos excipit argumentum, quod CL. COTTA desumit a silentio tum Iosephi & Philonis, tum antiquorum ecclesiae patrum, ORIGENIS imprimis & HIERONYMI; qui in vastissimis voluminibus nullam iniiciant punctionum mentionem. Ab hoc (HIERONYMO) vt incipiam, id ingenue confiteor, valde me animo perturbatum esse, cum vasta eius volumina adipicerem, & ex locis a CAPELLO adductis pane mihi persuaderem, eum ne fando quidem de punctis aliquid percepisse. Non quidem fugiebat me id, quod in eiusmodi causa dici solet: *a silentio scriptorum non ad negationem rei valere consequuntiam.* Non tamen id animo meo satis se probabat; nisi aliud quid accederet, quod causam quandam huius silentii indicaret. Eius quidem mihi in mente veniebat; magistris istos, quibus HIERONYMVS vsus sit, vix videri tanta eruditio fuisse, quantam illis discipulus tribuat, si quidem ex diligentis viri profectibus coniecturam facere licet de istorum ingenio, ex quorum disciplina ille prodūset. Animaduertebam enim

enim HIERONYMVM nonnunquam minus adequare de Hebraicis vocibus & elementis differere: iam dicere, eos in medio vocales non adpingere, (id quod & ordinarie verum est) iam litteras יְהָוָה vocales dicere, (quod quidem aliqua ratione defendi potest) tum vero ipsam litteram וּ (qua ne quietescit quidem vnguam) eodem nomine insigniri: prout facit in *Premio in Amosum*. Iam intelligebam, aliquid ex vi argumenti huius detrahi, si quid gloriae magistrorum, quibus Hieronymus vobis esset, detraheretur. Minus enim mirandum erat, eum ex viris solida eruditione non praeditis, qui insuper constata ratione (prout Iudeorum sepe mos est) praecepta lingua Hebraicae tradidissent ipsi, nihil de punctis audiueris. Magis tamen iste horror, qui animum meum antea perstrinxerat, excusus est, ex quo coepi *Quæstiones HIERONYMI in Genesim* perlustrare. Piusquam tamen, quæ in illis obseruavi, perscribam, id fatendum ingenue censeo; a me, qui HIERONIMI opera nunquam antea legerim, nulla nisi tenuia iam expeditari posse: simulque a lectore veniam peto, si qua in re offendero, quod quidem facile accidere potest circa auctorem, cuius libros prima vice euoluas. Ad duo vero momenta omnis causa redit: primo, num punctatus codex fuerit HIERONYMO? deinde, num vestigia punctorum in libris ipsius occurrant? Ad illud quod addinet, adfirmare non sustineo, codice punctato HIERONYMVN vsum esse. De hoc si queritur, existimo, esse quædam loca, quæ, licet non nomina ipsa apud nos punctis indita commemoret, rem tamen significare videantur. Ea quidem in medium proferam, si prius monero, quæ illis ratione celeberrimus COTTA occurrat. Is quidem dicit: ea, quæ non adducamus, loca esse intelligenda, vel 1) de litteris יְהָוָה vocalium fuleris ac matribus, vel 2) de solo ductu linea superioris, quem apicem vocare soleant, vel 3) de coronulis atque apiculis, litteris adpingi solitis, vel 4) de Iudeorum istius aui lectione, cum Origeniana illa, quæ in Octaplis distincta columella Græcis litteris expressa sit, congruente, (quam veritatem Hebraicam adpellare soleat) vel 5) de tono vocum, quem per vocabulum accentus passim designet. Iam adtendat lector, & inquirat, num ipsis locis, quæ adducemus, satisfiat his explicationibus.

§. XXXVII.

*Adducuntur**quedam loca
ex Hieronymo, in Genesin ad capud XV, ii. ita-*

Eius igitur indolis loca proferemus, ad quæ quartæ tantum explicantis ratio accommodari possit; at quam feliciter, dispice. *Quest.*
in quibus vestigia pectorum *super cadavera, et super divisiones eorum: et sedit Abram cum eis.* Non pertinet ad præfens opusculum eius expositio sacramenti. *Hoc tantum dicimus: quia pro bis, quæ possumus, in Hebreo*

*babet: et descendunt volvres super cadavera, et abige-**bat eas Abram. Illius enim merito sepe de augustinis liberatus est Is-**rael. Hic Hieronymus explicationem quandem reiicit: dicit alter**esse in Hebreo. At inspice codicem: quid ibi exstat? בְּנֵי יִשְׂרָאֵל,**id, quod non minus secundum priorem explicationem legi poterat**סְדָךְ וְגַדְעֹן & sedit cum eis, quam, prout esse in Hebraico dicit au-**tor, בְּנֵי נְהֻמָּן & abigebat eas. Nulla in litteris differentia: im-**mo, si folias litteras spectares, legeres potius Vaiyisheb ittham,**cum posterior vox sine fulcro Vau scripta sit. Vnde igitur dicit Hiero-**nymus, in Hebreo ita esse? vnde id didicit? ex consonantibus**minime! Igitur provocat ad solam Iudaorum in legendō confue-**tudinem, aut ad textum Hebraicum ab Origene Græcis litteris de-**scriptum? At, num tum bene dicere poterat, in Hebraico ita esse?**In primis si de recitatione harum vocum apud Iudeos recepta loque-**retur. Porro, num ex his fundamentis probare poterat, hanc le-**ctionem iustum esse? ORIGENES nonne alii in locis satius aberrat a**punctis? Iudei nonne etiam aberrare poterat? Quid igitur supereft,**quam vel ipsum HIERONVM in codice punctato hanc lectionem obseruasse, vel didicisse ex magistro suo, in libris punctatis ita legi?**Hæc, quæ iam diximus, ad sequentia quoque exempla lector transfe-**rat. Ad Genes. XXVI, ii. ita: SEMINAVIT AVTEM ISAAC IN TERRA**ILLA, ET INVENTUS IN ANNO ILLO CENTVPLVM HORDEI. Licet in**aliena terra seminauerit Isaac, tamen non puto, quod tanta ei ferti-**litas hordei fuerit. Vnde melius puto illud esse, quod habetur in Hebreo, & Aquila quoque transluit: ET INVENTUS IN ILLO ANNO CEN-**TVPVM AESTIMATVM, id est, εκατὸν εἴκαστρεπον. Licet enim eidem**litteris & estimatio scribatur & hordeum: tamen estimationes SAARIM**legum-*

G. Bern. de Marij Montfau,
can Diph. de veleri litera,
rum et vocatum literarum
prævaricatione, infernum homo
II. Hebreorum Origenis.
397. 399. vnde causa lo. Chri.
Propri. Wespies transludit in
tomu II. Bib. Collecc. Etym.
648. 650.

leguntur, *bordea vero sorim*. Rursus, prout ipse dicit, in litteris nulla est diuersitas: quid igitur in Hebraico texu diuersum est? Puncta. *Hordea enim scribuntur שׁוּרִים, אַשְׁמָנִים וְעַרְבִּים*. Si igitur in Hebreo obseruauit Hieronymus non *bordea esse*, sed *estimationes*, nonne de punctorum antiquitate testimonium dicit? In primis hue faciunt quaerunt ad Genes. XLVII, 31. sequentem in modum: *Et in hoc loco fruſtra ſimulant, adoraffe Iacobum ſummitatem ſceptri Iofeſb, quod videlicet honorans filium, potefatatem eius adorauerit: quin in Hebreo multo aliter legatur: & adorauit, inquit, Iſrael ad caput LECTVL V. Sc.* Est nempe in Hebraeo *תְּהִלָּת*, quod ē ó. veterum, ac si effet *תְּהִלָּת* baculus. Litera eadem sunt; tamen confidentissime dicit auctor: *in Hebreo multo aliter eſt.* At, inquis, loquitur de Hebraico texu Græcis litteris expresso! Respondeo: 1) num adeo confidenter tum τὸν ὄ. erroris arguere posset? 2) num etiam ὄ. habuerunt Octapla, & in illis *Mitta pro Matthæo* legere potuerunt? Paucis enim veribus interieclis eorum ſocordiam carpit, occaſione eius, quod eadem vox cap. 48, v. 2. rursus occurrit. Ibi enim ſcribit: *Cauſam, cur LXX idem verbum aliter atque aliter ediderint, neſcio: hoc unum audacter dico, quod iſum verbum META (ſolem enim Chireck per E exprimere) quod bic in LECTVLVM tranſtulerunt, ſupra vbi diximus, adoraffe Iacob, VIRGAM potius, quam LECTVLVM, nominauerunt.* Quæ verba nobis ſatis fauent, niſi exſtimare velis, Hieronymum ignorasse, has tres litteras M, T, H, fine vocalibus scriptas, *Matteb* quoque legi poſſe. *Tadem emm. ad Esa. VI, 18. Verba* *תְּהִלָּת* *imperitivū verlens, ex ea ea. mitis*

XXXVIII.

Hæc iam vocalium vestigia in Hieronymo inuenta ſufficiant: ex quibus id ſaltē adparet, argumenta ab eius silentio depromta non adeo euicta & explorata eſſe, vt rem omnem conficiant. Nec id nos offendit, quando ille de vocibus Hebraicis affirmat, eas in me- dio vocales non habere: quod vtique, ſia Schureck disceſſeris, verum eſt. Nec tum aſtuabimus plane, cum litteras אֲלֹפֶת vocales vocar, nec non τὸν ὄ. eodem loco habet, non accurate ſatis nomina rebus imponens. Litteras enim אֲלֹפֶת signa vocalium omissarum nonnunquam gentibus Orientalibus eſſe concedimus, ideoque a nomine vocalium

H 2

lum

contenit, cur Paulus Act. 28,

Quædam tela ex Hieronymi 27. indicantur in libro

libris coniectio excepiantur. Ad Hebreicum,

quod verbum eke nouemus,

Ita iuxta LXX (Eriopurum)

II. Lectorus. Cum ſi telas

confonantur in Ebreo codice

Syphonas, תְּהִלָּת non difficulter יְשִׁיר, quam יְשִׁיר legi poſſit.

lium non omni ratione abhorre censemus, si quis illas eo nomine vocare voluerit; quod tamen, adcuratius si rem inquiras, illis non competit, τὸν vero non nisi per errorem villa ratione tribui potest, vt pote quod nunquam quiescit, nunquam tanquam mater lectionis vocalem omissam indicat, omnibus tandem vocalibus componitur. Quod quidem negaturum confido neminem, nisi qui omnem istam punctuationem, quam nos agnoscimus, non modo recentem, sed & futilem stultamque esse dixerit: quod, quas ob causas fieri nequeat, posterior dissertatione docebit. Neque id plane omne negotium conficit, quod Hieronymus nonnunquam de vocibus dubiis dicat; magistrum suum ita legisse. Iam enim supra indicaimus, non nos adseuerare, ipsi Hieronymo punctatum codicem suisse: potuit vero ex Iudice magistro de lectione punctati codicis certior fieri: cuius testimonio, nisi codicum consensu nixum esset, vix tantam fidem & autoritatem eum delaturum suisse, credi potest. Id tamen de hoc dubio constiteor, illud non plane sublatum, sed debilitatum modo esse: ea ratione, vt si secunda dissertatione solidis argumentis punctorum antiquitatem probauerimus, illud nobis obesse nequeat; sin minus, utique roboris quid in ipso superesse videatur.

§. XXXIX.

*De Origenis
Hexaplio
dicitur.*

Ad ORIGENEM vero quod attinet, eum quoque de punctis ne γρῦν quidem habere adserit CL. COTTA, immo in ea Hexaplorum suorum columella, que voces Hebraicas Græcis litteris exprimat, duclum punctorum minime sequi. Ad hoc quod adtinet, non nego quidem sanctum patrem minus adcurate Hebraicas voces Græcis litteris descripsisse: cuius tamen rei causa nonnunquam ex diuersitate harum linguarum repetenda videtur, cum Graeca minus apta sit ad sonum vocum Hebraicarum in scribendo imitandum, vt pote que ne quidem τὸν commode exprimere valet, a gutturali vero & rauca Orientalium pronuntiatione tanto intervallo absit, vt mirandum non sit, vocales cum litteris eiusmodi in unam syllabam coactas, traxisse aliquid ex contagio barbaræ istius pronunciationis, quod sepe Græcos homines satis confuderit. Sane FL. JOSEPHVS Antiqu. L.II. c.I. quum dixisset, Esauum Ἀδωμον, siue secundum alios libros Ἐδωμον Edomum, Seiritudem vero Ἀδωμα siue Εδωμα Edomam, esse cognominatam, subdit: Ἐλληνες γὰς αὐτὸν ἐπὶ

ἐπὶ τὸ σεμνότερον ἴδεμάταιν ὀνόμασταν, Graci enim tam, ut honestius
seu mollius sonaret, Idumeam vocauerunt. Idem L. I. c. VI. quum
propria Hebraica Χεθία, Μάδης, Ιωάνης cert. cum Gracis κίτιος,
Μῆδος, Ιωνία, comparafset, haec adiicit: τὰ ὄνόματα διὰ τὸ τῆς
γηαφῆς εὐπρεπεῖς οὐλινῆς πρὸς ηδονὴν τῶν ἐντευχομένων. Dein-
de culpanda est corrupta & syrislana Iudeorum pronuntiatio, per
quos Hebraicæ litteræ ad Origenem peruererunt. Quemadmodum
enim qui a nostris Iudeis istius lingua cognitione imbutus, nec ullis
præterea magistris vobis esset, vocibus Hebraicis, si quas peregrinæ
lingua litteris exprimere vellet, vim sane illaturus esset: ita nec mi-
randum, multum ex depravata Iudeorum dialeto in Origene hasisse.
In primis vero perpende ingenium cum huius tum aliarum gentium
cognatarum & orienti soli subiectarum, rebus distincte & dilucide
tradendis minus natum: quod facit, vt morbi, quibus doctorum
dialectus laborat, tanquam lues quadam discipulis quoque noxia sit,
qui cum non diligenter doceantur, hunc illumine sonum isti sono in
lingua patria respondere, non nisi confusa sibi ideas ex more prauo,
quem doctores in recitando obseruant, effingere possunt. Quam
peruersam enim, vt fatis rudi exemplo rem illustremus, lingua nostræ
notitiiam animo imbiberet, qui eam a rustico Thuringo diceret?
Quam feliciter is res suas gesturus foret, si nostra vocabula barbaris
litteris mandare vellet? Esse vero Iudeos gentem perspicua docendi
methodo plerumque minus præditam, experientia vel nostri temporis
doct. De Arabibus, non inculta nec contemnenda gente, & que
quibusdam seculis singulari litterarum gloria floruit, & de eorum ra-
tione, qua in lingua sua docenda vtantur, fatis difficulti & praua, vide
qua habet Mr. CHARDIN dans ses Voyages en Perse. Hæc omnia si
lector studio partium non captus, peritusque linguarum Orientalium
& in primis Syriacæ, ex qua dialectus Iudeorum multa hausit, bene
considerarit, & tum ad examinanda Hexapla acceperit, permulta sa-
ne dubia ipsi evanescunt. Num vero profecto punctatum codicem
habuerit aut inspexerit ORIGENES, id quidem nos pro certo adfirmare
non sustinemus, non rei vitio, sed propterea, quoniam eius scripta
non legimus. Vnicum tamen dictum proferemus, non valde dissimile
illis, qua ex Hieronymo adducta sunt; quod exstat in Commen-
H 3 tario.

tario in Iohannem p. 151. Tomo II. Operum, vbi errores τῶν δια. circa nomina propria commissos arguit, & ita scribit: *Rufius Lide secundus* (filius) *apud nos quidem AVNAN* ('Ανάν) *esse dicitur, apud Hebreos* ONAN, quod est, labor ipsorum. At vero vox אָנוֹן vocalibus destituta utramque admittit lectionem, אָנוֹן & אָנוֹן: immo, si litteras יהָוָה vocales dicere velles, illa potius, quam hac ratione legenda foret. Tum enim Hebraicum Ιαλός Graecorum, & οὐ ψιλὸν simillaret. Quamquam id non negamus, posse ad hunc locum responderi, Origenem non ad punctatum Codicem, sed ad lectionem inter Iudeos receptam prouocare.

§. XL.

*Comma Hos-
seanum, quod
existat c. XI, 1.
examinatur.*

Cum vero unum in primis locum ex Origenis Hexaplis proferrat Cl. COTTA, ex quo uno reliquo quasi discere debeamus omnes, hunc ipsum locum paullulum accuratius considerabimus, & inquiremus, num is codicem non punctatum necessario arguat. Ea nempe verba, que existant Hos. XI, 1. קַרְאֵת לְבָנִי ita reddit Origenes, χεὶρ ιαζαὶλ οὐε αἴθη ου ου μεμ-
Iam vero ad illa puncta pergit LVD. CAPELLVS, que ipse *raptæ Obiectio* dicit, Schua, Chateph Patach, Chateph Segol, Chateph Komets: Schua & fin- quæ quidem prorsus non sapere ait illam lingua Hebraicæ etatem, plici & compo- sito perita diffi- quia in ore atque in sermone hominum quotidie versata fuerit. Men- parur, te, existimat, vix concipi posse, in lingua vernacula figuris ad id ef- fectis insignes fieri vocales, quæ dimidio tantum tempore (quod re- liquis tribuendum erat) proferrentur. Id tamen ego non sentio, Schua vel compositum vel simplex ex vocalium numero esse, atque syllabam constitutæ: persuadeo mihi potius, istum sonum hoc charactere significari, qui vel in nostris linguis pertenui quodam intersticio con- sonantem a consonante seingunt. Hanc quidem ille opinionem longe vocat absurdissimam; cum tamen nec ipse huius loci esse existimet eam item, nec sua referre dicat, quam tandem sententiam foue- amus, sibique id perinde esse adfirmet: nos etiam opus esse haud cre- dimus, vt thesi nostram multis adstruamus. Videlicet vero, argumen- tationem suam valde labefactari ab Arabum isto more, qui, licet lin- gua sua vernacula vtantur, Giezim tamen (quod idem est ac Schua) adpingant: quid igitur responderet? cur id Arabes facere dicit? Non necessitate quadam eos ita dicit facere. Concedo: sed nec Hebreos necessitate virgeri fateor. Ornatus caussa adscribere Arabes & Giezim indicat. Fallum hoc quidem: quia, si ornatus caussa adscribunt, cur igitur omittunt super litteris vocalem habentibus? cur item super literis 'N vocali quidem destitutis, sed quietcentibus? At esto! Fa- ciant ornatus caussa! Quid, si idem & ab Hebreis facilitatum olim ea- dem de caussa dixerit? At, inquit, haec tam varia signa, tam adcurate omnibus minutis exprimendis nata, vix accedunt ad summam pri- scorum seculorum simplicitatem, quam vel in Græcis obseruamus, nullas accentuum, spirituum distinctionumque notas in antiquissima sua lingua agnoscentibus. Aliiquid est: sed quid tandem miratur Cl. aduersarius in lingua Hebraica? Adcuratam illam diligentiam, qua paene singula orationis momenta in scribendo obseruat? Miranda est; fateor: sed propterea non neganda. Est & illud in ista lingua miran- dum forte, & nostris hominibus singulare videri possit; eam per Aleph eiusmodi sonum exprimere, quem nos, quamquam habeamus, in scri- bendo

bendo tamen negligamus: porro duplici T gaudere, ו & נ; duplici C seu K, ת & פ; triplici, si non quadruplici S, ט, ד, ו & ע. Singulariter id est: sed tamen accidit. Quia igitur lingua in consonantibus, earumque sono exprimendo, satis est diligens, illa, cum se eandem in reliquis quoque praefliterit, sufficioneum nouitatis iure non incurrit.

§. LL.

*Argumentum
a litteris da-
gesfatis desum-
tum perpendi-
tur.*

Porro ad *Dagesch & Raphe* progeditur LUDOVICVS CAPELLVS; signa hæc diacritica, quæ vel superuacanea, vel plane a re atque a ratione remota, ipsi videntur, recentiorem punctorum originem prodere adfirmans. Primum de *Dagesch* fortius euincit, illud abesse posse, cum & ultimis sculis, atque Euandri (vt ita loquar) matre florente, in lingua Latina litteræ nunquam geminate sunt. Concedimus abesse potuisse: sed & abesse atque existere poterat. Immo, cum res per *Dagech* significata vriue adfuerit, prout vel ex versionibus τῶν δ. & vulgata adpareat, quæ litteras dagesfatas s. epissime recte exprimunt per geminationem eiusdem litteræ, valde opinabile est, signum quoque huius rei existisse. Nec negotium conficit CAPELLVS, si dicit, priscis & ultimis sculis Latinos nullas geminasse litteras: nec enim Latini sunt Hebrei; nec exiliemandum, Hebreos eo demum tempore, quo Latini, ex ruditate emergere cœpisse. At huic quidem punto non valde immoratur aduersarius; impetum potius omnem in *Dagesch tene* effusurus: quod cum nos significare dicamus, litteras בּוֹדְכָתָת, quæ alias adspiratioñis quid habeant, illam iam perdere atque in tenues transire; negat ille quidem, istum duplicem harum litterarum valorem. Dicit enim, litteras בּ בּ semper esse tenues, בּ בּ vero semper adspiratas. Quod quale sit videbimus. Quam igitur ob causam בּ בּ semper tenues sunt? Quia perpetuo a LXX per β, γ & δ exprimuntur, ab Hieronymo per B. G. D. Bita tamen & Delta Græcorum, licet non inter adspiratas a Grammaticis Græcis referantur, Græci tamen ipsi profecto adspiratioñis quid eis tribuant. Bita enim τῶν Vau Latinorum, Delta D blaſo Anglorum apud eos responder: quod ex Patre nostro didicimus, qui cum confortio atque coniectu Græcorum vñs sit, non pœnitendus hanc in rem testis a nobis datur. Gimel vero adspiratum Græca lingua exprimere haud valebat. At, inquis, si ita se res haberet, cur nunquam Graci ו & ז dagesfatum per

per alias litteras reddunt? Respondeo, ob inopiam id linguae Graecæ fieri. At cur Hieronymus τὸν διue Dagesatum siue Raphatum semper per B nunquam per V exprimit? Quia τὸν V Latinum ipsi forte videbatur τῷ Ἰ Hebraeorum relinquendum esse. Porro cur non saltem has litteras τῷ Dageſch destitutas per BH, DH, GH, significabat? Quia id mos lingua Latina minus ferre videtur. Immo quis nos satiſ docebit, num non & Latini ad imitationem Graecorum, quibus linguaſ ſuam debebant, B & D mollius & blaſo ſono protulerint. Pe vero Hebraicuſ tantum non ſemper per Ph vel F ab Hieronymo, a LXX per Φ exprimi adſerit: Quamquam iſte mos non adeo eſt univerſalis, habemus enim in Graeca verſione τῷ δ. Πετεφρης Gen. XXXIX, i. πάσχα, Σαρεπτά, ιόππην cet. Adducit porro quādā Hieronymi loca, qua adferunt, Hebraeoſ τῷ P plane non gaudere, ſed ſolum Ph ſeu Φ in lingua ſua habere. Sit vtique! non Hieronymus nouerit! exemplar enim non punctatum habebat, ex quo tam adcurate omnia doceri non poterat. At nonne, inquit aduerſarius, ex magiſtrorum ſuorum pronuntiatione, qui quidem Iudei erant, fatis diſcere poterat dupliсem ſuum τοῦ δ? nonne Iudei diſcriben illud tum ſaltem in recitandi textib⁹ obſeruabant, ſi quidem vllum erat? Quid, ſi dicam non obſeruaffe? Gens erant extorris, quorum & lingua perire incepérat pane a millenio iam annis. Hi, ſi adcurate adeo non loquebāntur, idne punctū importunum accidet prodigium? Porro τὸν δiue Dagesatum siue Raphatum Graeci ſemper per Θ redunt, Hieronymus per Th! Eadem, qua antea reſpondi, & hic reſpondere poſſem. Quamquam & ſint alia, qua regeri queant. Cum enim per ſe τῷ Θ reſpondeat, Graeca vero lingue ingenio plane non adcommoſum fit, litteram Θ aliter in initio vocis, aliter ali bi pronuntiari; bene eundem characterem adhibere poterant οὐδ. quo conſilio & proſpectus erat, ne quis in Hebraico textu δ adeffe opinaretur in voce, qua per δ ſcribitur. Idem & de δ dici potheſt. Immo non mirum vel Caph Dagesatum a Graecis per litteram adſpiratam exprimi: cum mollis pronuntiatio vel ipsorum Iudeorum vel (ſi maius) Graecorum, quam in Hebraicis vocibus adhibebant, efficerit, ut idem in ipſo Kuph fiat. Sic vox שׁבְּקַתִּנִי a Mattheo ſcribitur σταχθαὶ, Matth. XXVII, 46. Nec id ſingulare nobis videri debet,

L

Graecos

quod Vulg. exprefſit Phafe

Grecos in describendis textibus Hebraicis (prout supra significauimus) potius sequi analogiam istam, ex qua haec littera alteri in Alphabeto respondet; negligere vero immutatam paullisper per signa diacritica littere eiusmodi pronunciationem. Quid enim Gallum facturum existimas, qui in Saxonia superiore versatus veller Germanica nomina Gallicis litteris describere? Is, quamquam didicisset, τὸ Δ plerumque vt T, τὸ Β plerumque P apud nos sonare, quamquam & opinetur hoc vitium non superioribus Saxonibus peculiare esse, sed in omni Germanorum gente infestissime: tamen, credo, nostrum Β, per B, nostrum Δ per D redderet, nec e. g. nomen proprium Diederich ita litteris consignaret Titerich: si quidem adcurate rem suam gerere veller. Porro, licet nosset Germanos τὸ Β non more Gallorum molli pronunciare, sed nullo prorsus discriminare a littera F sciungere, vix tamen pro Verden, Voigtländ, scripturus videtur, Ferden, Fogtland, cet.

§. LII.

*De linea Raphae
εις puncto
Mappik di-
citur.*

In primis vero de linea *Raphae* mirifice latatur **LUDOVICVS CAPEL-**
LVS: nec nego, plusculum eiin hac lineola, quam in ceteris punctis,
subsidii esse. **Hec** quidem, que potestati τοῦ Dagefch (fortis &
lensis) atque τοῦ Mappik oppofita eft, pene omnibus litteris **בְּגַדְכָּפָת** Dagefch deſtitutis olim incumbebat in manuscriptis codicibus: in
noſtriſ bibliorū editionibus rarifimne comparer. Dicit igitur **CAPEL-**
LVS: ea linea ſi a Moſe fit, facrilegium noſtriſ homines commiſſiſe,
qui temerariſ manus a caſtigando & mutiſando codice facio abſtine-
re non ponuerint. At tamen haud video illud facrilegium eſſe vo-
candum, ſi punctum utique minus neceſſarium compendii cauſa omit-
tatur, non magis, quam ſi bibliorū editionem fine accentibus, (qui
tamen vñum habent ampliſſimum) procurarem. At! inquit, quid
audio? hocne punctum minus eſt neceſſarium? ergo profecto nec
Moſes, nec Ezraſ nec aliſ ſcriptores ſaci adiecer. Non id ſequi-
tur! Si quidem illorū tempore adcuratæ ſcriptionis moſi ita ferebat,
non dubium eft, quin adpoſuerint: nec habet quidquam abſurdum,
dicere, iſtum morem tum fuiffe. Muſta enim ſigna ſunt nonnum-
quam atque exiſtunt in lingua, quibus illa commode carere poſſet.
Non igitur cauſam video, qua me illud Raphae, quo Mſcr. Hebraica
libera-

liberalissime conspersa sunt, damnare & nouitatis aduersare iubant. Id quidem si euinci posset, in Carorum codicibus manu exaratis illud rarius occurtere, tum in nostris MScr. pro additamento librario- rum forte habendum fore. Sed & tum punctuationi vniuersitatem detrimen- tam non inde existere posset. Quod quidem vberius demonstrari eramus, & iam quadam conscripleramus eam in rem: qua tamen ut mensura dissertationis academicæ obseruetur, omittimus. Porro in punctum Mappik, quod He mobile ab He quiescente distinguit, im- perium facit opponens celeberrimus L. CAELLVS. Dicit enim, illos, quibus Hebraica lingua vernacula fuerit, non opus habuisse isto punto, immo si illud femele librariorum negligenter omitatur, tum inde plus tenebrarum in textu existere, quam si hoc signum plane non in linguam Hebraicam inuectum esset: ideoque ad Mosen vel Ezram male referri. At! queso, si ista audacia viri liceat, si ea temeritate critica omnia proscribere voluerimus, quae ad palatum non omnino sunt; quid a nostro impetu fatis tutum erit? Dicamus potius, ne quid temeritati coniectura deesse videatur, discrimen inter 7 & 8 recens in linguam Hebraicam inuectum: dicamus, Arabes, qui multas litte- ras adfines & pæne easdem diuersis figuris exprimunt, id heri forte didicisse. Cui id liceat? Vix fore credo, qui hac aduersarii argu- mentatione capiantur.

§. LIII.

At plus forte negotii in punto diacritico τὸν Schin. Illud *Punctum dia-*
etiam recens dicit LVDOV. CAELLVS, immo ipsum istud discrimen, criticum τὸν
quod nos inter Schin & Sin statuamus, non multo tempore ante Ti. Ψ recentiorem
berientes in lingua Hebraica exstitisse. Iam vero, quam ab caussam punctorum ori-
Septuaginta dicit interpretes duplicum potestatem, quam nos τῷ Ψ γinem non
tribuamus, non obseruasle. At, qui obseruare vel potius exprimere
Grecis litteris poterant? Grecorum enim σχι non Germanicum σcb so-
nat, tale saltem quale est in Saxonia superiore, sed illud, σcb, quod
in Westphalia atque Frisia Orientali viu receptum est: docet id nos
Grecorum pronuntiatio, qua in hunc usque diem vntur. HIERO-
NYMVS vero, inquit aduersarii, per σcb saltem exprimere debebat
si quidem agnoscebat varium huius littera sonum. Vtique! si qui-
dem opinamur, Latinorum σcb proprius ad σcb Saxonum atque Sue-

uorum, gentium inquam barbararum, acceſſiſſe, quam ad τχ Gra-
ce lingua, cui Latina originem debet, & cum qua gente poſtea quo-
que Latinis commercia plurima interceſſerunt. Inſtat vero aduersa-
rius, diſerte ipſum HIERONYMV dicere contra nos exiſtimat, &
vnicum tantum huius litteræ ſonum admittere. Prodeat enim vero
ille teſtis: teſtimoniū dicat! Scribit Libr. *Quæſitionum in Genefinad*
Genef. XXVI, 31. 32. de voce Bersabee, quam non a iuramento, ſed
a ſatietaſe diſtam vult; quam tamen ex ipſo libro Moſis ab Iſaaco
diſtam eſſe conſtat a iuramento: *Iſaao ad nomen ciuitatis, que ita*
vocabatur, adludens, declinavit paullulum litteram, & proſtridulo He-
breorum Sin, a quo Sabee incipitur Graecum Sigma id eſt Hebraicum
Samech poſuit. At proſuſegregie res aduersarii ſe habent, cum te-
ſtis ab ipſo citati una opera in ipſo iuuando & refutando abſolu-
tur: quod quidem oſtendemus fieri, fi quidem prius monuerimus,
HIERONYVM τδ ψ vocare SIN, ſive ſch Saxonicum ſive Graecorum
σ exprimat, eam ob cauſam, quod ſch Saxonicum nulli litteræ Latini-
norūm repondeat proprie; ideoque & nos vtrumque ψ hoc nomine
Sin eſte deſignatuſos. Vox igitur per SIN (ψ) ſcribitur: huic litteræ dupli-
cam tribuit ſoum HIERONYMVS, alterum ſtridulum iſtum, quem si
adhibeas deſignari putat fontem ſatietaſis, alterum qui paulo declina-
natus fit, & idem cum Graecum Sigma arque Hebraico Samech. Quam-
uis id negari nequeat, humani quid hic paſſum HIERONYMVS,
dum iſtum ſignificatum, qui voci per ψ ſcriptæ conueniebat, ei tum
indidit, cum per ψ ſcribitur; atque adeo id quod vox בָּרֶ שׁבָּע
denotaret, in vocem בָּרֶ שׁבָּע tranſlit̄ per errorem. Id tamen & no-
ta: non omnino tutam CAPELLI fidem viſideri, qui non omnia verba
in ſuo ARCANO citarit, ſed haec tantum exſcriperit: *Pro ſtridulo Hebreorum Sin Graecum Sigma, hoc eſt Hebraicum Samech poſuit.*
Quod ſi non voluntatis vitio, diligencia profeſto accidit. Porro ci-
tat verba HIERONYMI ex *Commentario in Epiftolam ad Titum:* *Nos*
Graeci vnam tantum litteram S habemus, illi vero tres, Samech, Sade
& Sin, que diuersos ſonus poſſident. Iſaac & Sion per Sade ſcribi-
tur, Iſrael per Sin, & tamen non ſonat hoc quod ſcribitur. At quid
inde? Quid dicit Hieronymus? Dicit, tres in Hebraica lingua litteras

ras esse sibilantes, quæ per Sigma reddi soleant. Idne contra nos? Nequaquam! Dicit istas litteras diuersos sonos possidere. Idne nos ferit? Minime! Dicit Israel (ישראל) per Sin scribi, sed non sonare id, quod scribatur. Hocne nos oppugnat? Nulla ratione, sed iuuat. Israel enim cum per ו scribatur, cui quidem in codicibus non punctatis (qualem habuit HIERONYMVS) punctum non incumbit, secundum regulam per sch Saxonum legendum erat; sed hanc vocem paullo alteri legi dicit HIERONYMVS: ex quo adparet, duplarem illi valorem וּ ו ignotum non fuisse, licet punctum impositum in suo codice non haberetur. Atque hic iam scire velim, quo ore, atque adeo qua fronte CAPELLVS ea, que cauſam ipsius non oppugnant, sed euentunt, pro sua cauſa citare potuerit? Nosse cupiam, num non id reliquis eius argumentis auctoritatem & pondus quodammodo detrahat, in primis, vbi testimonia aliorum citat? Progredi iam possemus, & alia ex HIERONYMO loca adferre pro nostra cauſa, que fugitiuo pene oculo obſeruauimus in hoc auctore. Sed satis est: consulamus moli dissertationis, ne nimis ampla exurgat; & hanc rem in secundam tractationis partem reiiciamus, in qua non duplum solum valorem huius littera porro euincemus, sed & puncti adpositi antiquitatein opinabilem reddemus. Id quidem posse adhuc moneri contra antiquitatem puncti diacretici in Schin intelligo, quod a LVD. CAELLO minus seuere vrgeri miror: Iudicum capite XII, v. 6. ad significandum spuriū sonum, quo Ephraimita ו ש in שׁבְלַת proferebant, non adhiberi ו cum puncto in sinistro cornu, sed Samach: unde posset cuidam videri ו ו eo tempore vel duplice potestate, vel saltem eius potestatis claro indicio caruisse. Sed & hic bona res est: cum enim istius temporis libri, si quid adsequi licet conjectura, quamquam cum punctis scribi possent, tamen nonnunquam sine punctis deficerentur; quo magis parabiles essent; potuit ו Samach tutius hoc loco adhiberi, vt vel in non punctato exemplari sensus tamen scriptoris planissime adpareret. Priusquam vero omnem hanc cauſam finiam, significandum duxi, me non intelligere, quo iure CAPELLVS a nobis exigat, vt singulorum punctorum antiquitatem non ab obiectiōnibus solum vindicemus, sed & argumentis positius euincamus. Hic quippe mos est homini, vt, cum dubiis

ipius, quibus singula puncta minus necessaria & ab antiquitatis ratione aliena efficere conatur, respondum sit, & declaratum, potuisse utique illud punctum adesse in Hebraica lingua, eaque prima; tum vt dicat, non id solum demonstrandum, quod adesse potuerit, sed & quod adfuerit, euincendum. Quod eius postulatum, si nihil aliud exigit, quam argumenta quedam positiva, que generatim punctorum antiquitatem euincant, facis faciemus ei secunda dissertatione: si vero singulis punctis singulas aptari probations iubet, tum satis importunum videtur: nec forte plus rationis habet, quam si criticus, postquam multas ex Cicerone periodos expunxit, postularet non modo, vt dubia, quibus illas vexarat, tollerentur, sed etiam vt singularium genuina ratio positive euinceretur.

§. LIV.

*De accentuum
in primis ansi-
quitate.*

Iam quidem speramus, potissima argumenta & ab aduersariis in primis commemorata, que omnium punctorum generatim, quorundamque vocalium atque diacriticorum in specie, dubiam reddere conantur priscam originem, si non sublata, labefactata esse tamen: id superesse intelligimus, vt, cum nonnulli sint, qui reliquis punctis antiquitatis laudem tribuant, detrahant accentibus, illorum argumenta luce quadam collustremus. Quod si rite fieri, evanescunt quoque ea tela, que omnium punctorum aduersarii in accentus dirigunt. Et quidem mihi persuadeo, eos, qui puncta vocalia probent, accentus reiciant, triplici in primis ratione inductos id facere: quarum prima est, quod vident permulta in hac arte nomina chaldaizantia adhiberi, quod utique argumentum plus circa accentus, quam circa vocales, roboris habet: alterum, quod multitudo atque figura horum signorum illis nimis artis opus & a rudi antiquitate alienum videtur; tertium, quod nonnullis in locis minus bonum arque commodum, immo pene ineptum atque nullum credunt sensum accentibus significari. Ad singula momenta respondebimus.

§. LV.

*De chalda-
zantibus accen-
tuum nominis-
bus.*

Iam ad chaldaizantia nomina vt veniamus, illa quidem in accentibus, & sepius, quam ipsis in vocalibus, occurrere aduersariis videntur, & plus habent roboris ad euertendam huius artis antiquitatem. Non enim id, quod in vocalibus dici poterat, hic quoque locum habet:

habet: nomina istis signis olim naturalia fuisse. Ut tamen ea, quæ regerenda sunt, opponamus, primo id quidem fugere arbitramur rerum peritum neminem, esse quoque inter nomina horum apiculorum, quæ ex puro prisci Hebraismi fonte hausta videri possint: deinde, terminationes ad statum emphaticum Chaldaeorum proprius accedentes nos non valde premere atque vrgere, cum ea in ipsis litteris satis sint frequentes: tandem, quod & iam supra significatum est, Chaldaica nomina non plane in litterarum numero deefferent. Hanc tamen ex hoc argumento supereesse dubitationis materiam intelligimus: qui fiat, ut tale quid semel tantum in litteris nomine donandis acciderit (in solo γ), sapissime vero in accentibus? Videbimus, num qua ratione huic dubio occurri queat. Id igitur primo mihi persuadereo: postea ista nomina, ab elegantia prisci sermonis Hebraici remota, & in tempora captiuitatis Babylonicae, & in dialectum Iudeorum post istam captiuitatem, quæ multum ex Chaldaica traxerit, deriuari; licet iam ante haec signa & exsisterint, & nomina habuerint ex genuino & compto Hebraismo perita. At! inquis, cur idem iepius in his, quam in litteris, factum est? Litteræ vero ab omni antiquitate, & ab ultimis iam saeculis, quibus quidem Hebraica & Chaldaea lingua nondum magno a se inuicem interuallo aberant, iisdem nominibus, quibus apud Hebreos grauea fuit, etiam a Chaldais insignitate videntur: quæ nomina cum tenellis puerorum multorum animis altius infigerentur, non grauem saeculi iniuriam passa sunt: quorum prius patet ex Græcarum litterarum cognominibus. Quibus enim Graci suos scribendi characteres adpellant nominibus, ea ex Oriente ducta atque profecta vtique videntur, & a Cadmo Phœnico una cum ipsis signis in Graciā translata. Iam vero terminatio Græcarum litterarum, starui emphatico Chaldaeorum simillima, arguit, hæc nomina non ex Hebraica, sed Chaldaica aut Syriaca lingua in Graciā migrasse. Nihilominus adcurate satis plerumque nomina Hebraica referunt: ita, ut si illa in statu Chaldaeorum emphatico concipiā, Græca parumper detorta (quod nec mirum) isto eodem fonte cadere videantur: illis tamen litteris exceptis, quæ Græcis peculiares sunt, quasque Orienti acceptas non referunt. Quod quidem si des, non multum potuit in litterarum nomina ex Chaldaicæ linguae

contagio

contagio serpere præter terminationis diuersitatem. Accentus vero, qui forte serius paullulum intenti sunt, eoque tempore nati, quo maior iam diuersitas Hebraicam linguam a Chaldaica seiuinxerat: si Chaldaicis (quo nomine in latiori significatu vtimur, pro iis qui Chaldaice loquuntur) originem & nomina debent, non potuerunt non vestigia exhibere illius dialeci, que Chaldaicis propria fuit. Quæ tamen omnia adcuratissime exsequi non possumus, luce historie in re tam prisca destituti. Deinde videmus quoque, vni accentui agnunquam plura nomina indita esse, id quod in litteris pariter non obseruamus: id igitur cum sibi licere circa hos apices magistri Iudeorum arbitrarentur, facilius prisca portuerunt nomina deleri, & alia in eorum locum succedere. At queris, cur non & litteris plura tribuerint nomina? Id vero eam ob cauſam, quia in litteris addiscentis pueruli atque infantes elaborabant, quos varietate nominum obrui atque confundi nefas foret: porro, quia ista nomina a primis vnguiculis docti erant, vnde nec facile quid in illis contra omnium scholiarum vñum mutabant. Possum & hoc loco monere, Ludou. Capellum suspicionem inde quandam conflare velle, quod in Iudeorum scriptis mediis aut non omnia, sed quædam tantum accentuum nomina occurrant. Quæ tamen res, id, quod ille arbitratur, non efficit, nempe accentus ne omnes quidem medio suo extixit, sed sensim atque pederentim per aliquot seculorum decursum esse inuentos: vnde multo minus antiquitatē sint vindicandi. Quamquam enim concedo, aliqua ratione posse fieri, ut accentus diuersis temporibus adponantur: id tamen omnino mihi persuadeo satis liquere, hoc re vera factum non esse. Quid enim inde, nisi confusa ratio accentuationis, potuisse emergere, si diuerfornum & tempore & sententiis hominum ingenio illa esset tribuenda? Pleraque vero plana, & plurimos dexteritatis habentia numeros, in accentuum apiculis adprenant: vnde non diuerfornum hominum opus esse, sed uno tempore adiecti videntur.

§. LVI.

*Argumentum
ab accentuum
multitudine &*

Ad dilendum illud crimen progredimur, quod ab accentuum & multitudine ducitur & figura, in quibus non nihil inesse arbitratur aduersarii, quod nudi primorum seculorum ingenio non conueniat

niat. Si enim commata, si periodos distinguerem volueris, nonne id, *figura ductum*
 aūnt, quatuor aut quinque signis satis bene fieri posset? Quem in *extinxitur*
 vñm iste tantus apiculorum numerus? Qui, si vel suis non destitua-
 tar commodis, simplicem tamē antiquitatem non sapit. Primo igit-
 tur id mihi persuadeo, vtique non plane inutile esse istud accentuum
 agmen, si vel solum sermonis Hebraici sensum atque perspicua-
 tem species. Possunt enim Hebræi (quanquam in nonnullis, e. g.
 in interrogatioñis signis, inopia laborent) multa adecuratius per accen-
 tus definire, quam nos; prout illi adfirmabunt, qui in hoc litterarum
 genere elaborarunt. Immo in eo plane nostras linguis superant,
 dum non simplicem modo sensum, sed & ἐνθαυτού τέρπει διeta, que
 nos contentione quadam vocis aut actione corporis praesentes signi-
 ficamus, absentes in ipsis lectorum oculis possunt desigere. Qua-
 dum dico, inaniū meniarum calumnia accentus quodammodo li-
 bero. Forte tamen id ex ista argumentatione hærere possit: multitu-
 dinem accentuum, licet non plane inutilem, a prisorum tamen
 anteriorum inopia alienam esse; immo nonnunquam multiplicationem
 figurarum & regularum inanem esse, atque ad sensum explanandum
 nihil facere; e. g. vbi loco Paſchæ Ithibh perscribatur. Respon-
 deo igitur 2) porro: Speculum simul esse valorem musicum, quem
 oīum habuisse accentus, valde est opinabile; ex quo tamen ad nos
 vix tenuis fame perlabitur aura. Quem si adhibeas, non tibi plane ab
 antiquitatibus ratione aliena videbitur, neque ista accentuum copia, &
 satis intricate circa hanc artem regule, neque duplex illa consecutio,
 quarum altera magis visitata est, altera in solis libris (¶ 22) Iobi, Pro-
 verbiorum & Psalmarum occurrit. Nec id mirum videri poterit,
 nos vñm musicum, etiam extra proprie sic dieta cantica, accentui-
 bus tribuere, collatis iis, qua Pater optimus, de cantillatione in
 textibus sacris docuit *Dissertatione*, qua *Ritualia quedam codicis sa-*
tri ex Alcorano illustrantur §. XV. Iam vero hec si nobis caussam de-
 clarauerint, qua tantam accentuum cohortem cogi inferit, & tam
 varie disponi: non adeo rudit atque inops videri nobis debet in-
 fantia quasi atque vegeta atas lingue Hebraicæ aut Chaldaicæ (si ma-
 uis), nec ea in re ex Græca aliquis linguis ad hanc argumentum
 ducifas est. Cogitemus enim litteras atque ingenii culturam, omnem-
 que,

que, ut ita loquamur, Mineruam, incunabula quasi ex Oriente repetere: ipsamque gentem Hebraicam prius ex tenebris emergere & in luce versari coepisse, quam quidem permultas gentes alias. Consideremus, qui viri in hac gente fuerint, vltimis iam & illis seculis, quibus occidentalium ingenia minus exulta fuerunt; Moses e. g. & Salomon. Quæ porro opera istis temporibus hac in gente perfecta sunt; quo imprimis exstretum a Salomone templum pertinet. Quæ & alia si consideraris, & studia compararis atque artes, quibus reliquæ tum gentes floruerunt, imprimisque Graci, ad quos summa huius argumentationis pñne reddit: parebit facile, non ab illis tutum fatis firmumque argumentum defuni posse. Priusquam vero desinam hac de re dicere, in mentem mihi venit dubii cuiusdam, quod vir eruditioñis laude celeberrimus attendere me iussit, cui quidem huius benevolentie ago gratias habeoque: Qui fiat, ut vel in libro Prouerbiorum, quem publice in Synagogis recitatum vñquam esse haud constet, non accentus modo occurrant, sed & isti accentus, quos metricos dicere consuevimus? Id vero etiam in vñfum priuatum posset factum videri, si vel nunquam hunc librum publicis sacris adhucbitum constaret. Potuit enim tale quid & in domestica recitatione obseruari. Quamquam & hic ipse liber, summo regi originem acceptam referens, portuit olim publice recitari, eo tempore, quod a Salomone ad captiuitatem vsque Babyloniam effluxit: præsertim cum abesset eo tempore e codice sacro permulta scripta, quæ post istam demum captiuitatem recitari cooperunt. Sed quæ lux poterit vltinorum seculorum tenebris sat clara adsundi? Specialia igitur & hac de re, & de cauſa, quæ duplē accentuum seriem in sacrum Codicem inuexerit, atque de omni harum notularum musico valore, ne quis a nobis desideret, qui sciat & multum ex moribus summa istius Hebraicæ antiquitatis, & musicam præcipue artem huius populi, tenebris sat multis inuolutam delitescere. Ad figurastamen accentuum quod attinet, vix video, quid in illis artis atque Mineruæ sit cultioris, quod ab antiquitate non repeti possit: Figura, credo τὸν Psik Schalschelet (ιη) & τὸν Karne Phara (ηη), quaque ab hac non longe recedit, utriusque Tlischæ. Illæ vero quid habent tandem

tandem subtilius? Mihi quidem videtur longe plus artis in litteris occurtere, e. g. in littera *Zade*; in primis si & nomina species litterarum, & illa cum figura compares: tum enim animaduertes, illum qui haec omnia inuenierit, ingenio prorsus non caruisse, cum ita nomina litterarum ad figuram exprimendam excogitarit, ut incipiat simul nomen litterae ab eodem elemento, quod illo nomine notatur. Immo dicam potius, esse in accentuum signis, que antiquitatem prodant originis. Sic, cum interrogationis atque admirationis signa nostrae lingue habeant, ea in Hebraico sermone desiderantur: quod forte non ita accidisset, si haec omnia recentiori aucto excogitata essent.

§. LVII.

Tandem me confero ad illam maculam abstergendam, que a non nullis accentuum nomini allinitur: qui, cum sibi perfaideant, in *Argumentum ab inconcinno commodum*, ineptum aut nullum sensum sepius ex hisce apiculis existere, omnem inde illorum auctoritatem atque antiquitatem evenerunt. *accentuum positiu defunsum refutatur.*

re conantur? Id primo obseruo, permulta incommoda, que ex accentuum distinctione emergeré dicuntur, ignorantie potius hominum deberi, & nonnunquam eruditorum, qui, quo animo feneſiunt in hasce notas, de illis sententiam ferunt, parum cognita ipsarum ratione. Quo in numero est & vir quidam cetera eruditas, qui inde accentuum valorem hermeneuticum oppugnat, quod sibi viſus est obseruare, in Psalms ibi Mercam aliquando adscribi, ubi distinc-
tio in versu maxima erat facienda; sed non animaduertit, Mercam Mahipachatum potius esse, τῷ Mapach in precedentem vocem pen-
nacutam per Ierach coniunctum retracto. Cuius generis multæ sunt castigationes atque animaduerſiones, quibus accentus psalm inepta no-
tantur. Vnde si quis ex hoc argumentorum genere agere velit, ei sua-
demus, vt antea bene atque adequare animum imbuat doctrina de accentibus, tum vero rem adgrediatur. Deinde sunt nonnullæ dif-
ficultates, que & illos offendunt, qui hanc artem optime quidem nouerunt: illæ tamen plerumque adcurata inquisitione instituta eu-
nescunt, & ita euangelunt sapient, vt postmodum videoas, te expli-
cationem minus bene instituturum fuisse, nisi ab his apiculis reuoca-
tus es. Tandem sunt & quædam, que fortasse non facile sol-

M 2

uuntur

uuntur: quod tamen nec mirandum, cum idem in priscis monumen-
tis haud raro accidat: ea tamen perpaucia sunt. Nonnunquam
illud videtur in vitium a librario commissum deriuandum: quo in-
genere in primis sunt ista difficultates, quæ circa Tlischha Gdola & Kra-
na occurunt. Videntur enim coguatae horum accentuum figuræ
errori interdum locum dedisse: quem forte castigare atque emen-
dere possemus, si liceret copiam plurium Codicum Mscr. adsequi,
qui vel extra Europæ fines delitescunt. Nec id incredibile cuidam
videri debet, tale quid accidisse, nec dicto Christi contrarium,
qui unum apicem non peritum adfimat. Ne enim dicam, hec
posse prouerbialiter sumi (plane enim non in animo habeo illud di-
ctum uberiorius iam explicare) ne sequitur quidem inde illud, vt vel
vnicus apiculus disperierit ex lege: potest enim alio eius codice con-
tineri. Iam hisce premidis, periculum faciemus accentuum ratio-
nem locis quibusdam difficilioribus explicandi: vt ex hoc specimi-
neadpareat, occurri vtrique huic dubio posse. Pertinet huc locus ille,
qui interdum obiici solet Ps. XCV, 7, **הַיְשֵׁב אָסָבְקָלוֹ תְּשִׁמְחוֹ לְבָבֶכָם אַל־תִּקְשֹׁא לְבָבֶךָ**. Is vulgo verti solet: *Hodie si audieritis vocem eius, ne dura reddatis corda vestra.* Facit hic difficultatem quan-
dam Sillukus, voci adpositus, qui accentus cum finiat
alioquin propositionem plenumque sensum, positus hic loco minus
congruo videtur. Sed bene se causa habet accentuum, vertas mo-
do hac ratione; *hodie si* (i. e. vtrinam) (*audiretis seu*) *obediretis voci eius!* *Ne indurate corda vestra!* Quam & grammaticæ rationes ex-
plicationem suadent: cum verbum שָׁמַע cum בּ construunt soleat
sepius designare non meram audientiam, sed cum obedientia coniun-
ctam. Alter locus sit ex Ies. XXXVIII, 13. **שְׁנִוִּית שֵׁר־בְּקָרְלָה אֲרִי.**
Quo in loco clarissimus VITRINGA, vo-
cem **כָּרִי** cum sequentibus coniungi vult, spreta Masoretharum,
quam vocat, auctoritate; opinatus, illam tanti esse non debere, vt
a simpliciori explicatione recedendum sit. Sed, quid habet hoc
comma, quod a simplicitate alienum sit, ita si reddas: *Proponebam*
(animo meo Dominum) *usque in tempus matutinum velut iconem;* sic
enim confingebat omnia offsa mea. Sufficiant hæc duo exempla, ne illo-
rum numero & lectorem obruiamus & dissertationem.

§. LVIII.

§. LVIII.

Iam vero tandem aliquando finem dicendis imponimus. Ar- *Finis disserta-* Y
 dua, quam in nos suscepimus, res fuit, nec nos opinio secessit, quam *tioni priori*
 de ea animo conceperamus, non illam multo sine astu absoluti posse, *imponitur*.
 Inclinata est quodammodo acies aduersariorum, prout quidem spe-
 ramus, non fracta penitus aquae in fugam effusa. Id nobis videtur
 & hic accidisse, quod nonnunquam in praliis fieri solet: quedam ut
 legiones, simulac viderint hostem, vel fugiant, vel ad eius castra con-
 cedant, alia non nisi facto certamine & commissione prelio rarefcant
 atque corrunt: alia viribus quidem atterantur, impetus tamen ho-
 files forti adhuc animo sustineant. Ad has quod attinet, alio belli
 genere debellanda sunt, illo quidem, quod positivis argumentis anti-
 quitatem punctionum adserit. Id vero alia dissertatione, iuvante
 Deo, nos facturos promittimus. Iam lectorum valere iubemus, id
 si prius eum rogauerimus, primo, vt, si quid peccatum sit, illud
 mollius ferat, deinde si viderit, (id quod nec dissimulauimus) non
 omnem dubiorum vim, quibus puncta oppugnari solent, plane con-
 cidiſſe, ut consideret, vix postea aliter in causa opinabili, & que
 coniecturis (licet probabilibus) nitatur, accidere, eamque
 ipsam ob causam positiva ita, de quibus diximus,
 argumenta iure desiderari.

F I N I S.

 DILECTISSIMO FILIO CANDIDATO
 PATER PRAESES.

Cum te, Fili carissime, ad defendendam, quam tuo marte elabora-
 sti, inauguralement dissertationem, in cathedram iam deducturus
 sum; duo sunt, que siue te ipsum siue alios ignorare vollem:
 unum quod ad personam tuam; alterum quod ad lucubrationem a te
 scriptam adinet. Quod ad personam tua rationes; intellexi, Collegas
 honoratissimos & Amicos, scripro alios, alios voce, suam tibi testari be-
 neuolentiam, tuis congaudere in meliorum litterarum cultura profectibus,
 tuis, quos ex decreto & indulgentia amplissimi Philoforphorum Collegi-
 moz consequerat, adplaudere honoribus, ac piis te prosequi votis. Hac
 res quam ita se habeat, Fili, debeone pater ego ac preses inauguralis tui

6012-

conflictus, meum erga te comprimere adsectum, ac gaudia illa, que ex rationibus tuis concipio precipioque, tacitis tantummodo intra animum recolere cogitationibus? Immo vero ita si agere vellem, a nimis quidem teneritudinis obiectione me liberarem fortis, contra vero ab insensibiliitate parum absfuturus essem. Ante omnia Deum, cui & ego & tu vitam omniaque nostra debemus, demissive venenor, qui & ingenio ad tractanda bonarum litterarum studia apto donauit te, & ad eadem colenda animus tuum ab incunabulis usque in presens ita accendit, ut fræno potius, quam calcaribus egueris. Quod vero in summis summi Numinis beneficis reputo, idem celestis Pater cum ab omni retro tempore pietatis ignicolos in animo tuo accendit aluitque; tum vero intra proximos abhinc annos eum in modum & tam efficaciter resouit, ut nibil tibi fuerit prius atque antiquius, quam propitium in Christo habere Deum, & certa eius non minus, quam insestimabili, frui gratia. Benedictus sit is, & aeternis a me & te concelebretur laudibus, qui mera misericordia & gratuito prorsus fauore te traxit, animauit, ac sum fecit. Eisdem porro tetraduino, oportque, ut quod incepit in te gratiae sua opus, prosequatur & compleat usque ad diem domini nostri IESU CHRISTI! Faciat is item, ut honores, quos modo capesses, occasionem tibi uberrimam prebeat, inserviendi complicitonibus tuis, tua cum doctrina tum exemplo, quam utilissime! Quod vero ad lucubrationem tuam, habuisse quidem hic illuc que adiicerem aut mutarem; malui tamen eam sic fili reddere, typisque permittere, ut mihi tuo elaboratum ingenio exhiberas: nempe ut tuus ille, non meus haberetur fatus. Argumentum ipsum dignum fuit, in quo tua se exercet opera: & quamus in eo iam aitorum occupata fuerit diligentia, tamen que illustrando ei a te adlata sunt, non superacua iudicatum iri spero. In primis vero placuit mihi singularis illa modestia, qua in sententiis diffidenium sub exame reuocandis usus es: nec dubito, quin aduersorii (si quidem aduersorum nomine appellandi, a quibus amice dissentis) eam ipsi sint adprobatur. Quod superest, mihi Fili, age feliciter, & ut etate & annis, ita in omnib[us] bonis secundante Deo, incrementa cape quam copiosissima. Vale. Dabam ut museo d. II. Oct. CIO ID CC XXXIX.

CLARISSIMO CANDIDATO

SAL. PLVR. DIC.

SIGISM. IAC. BAVM GARTEN.

BELLAM hanc opportunitatem nactus voluntatem in TE, meam publice significandi, volui amicitiae nostræ utique adeo mihi ipse deesse. Aliquid

quid certe litterarum ad TE dandum esse existimau, non quod meum in
TE, TVA Mque gentem studium cuiquam obscurum & dubium esse credam,
aut mea TE laude, testimonio & commendatione indigere aut ornari ad-
modum posse mihi persuadet. Haud paullus plus in me quam in TE iniu-
rius forem, si borum quidquam in mentem venire paterer. Sed quod moris
iura id exigere videntur, & mea magni aliorunque non omnino nibilis in-
teresse arbitror, ut quas leges sedet in felicibus amicis, pretioque littera-
rum culturibus, carissimis mibi capitibus, statuendo inter omnes constet. Nam
crede mihi, amississime MICHAELIS! non ecco impetu aut fortuito per
neficio quid abruptus in TE deamandum incidi, sed iudicio coeueni, ratio-
nibusque subductis TIBI volo, TE, TVA Mque rem & dignitatem am-
plior. Parentem TVVM venerandum, de academia litteris & me optime
meritum, non commemorabo, cui unius quidquid in me sit aut fuerit potius
linguarum orientalium peritiae, debere gratias facio, vt quem in litteris Sy-
riacis, Arabicis, Aethiopicis doctorem, Rabbinicis vero auctorem fidum habui;
sicut paterna amicitia familiaritatis nostrarum fundamenta iecerit omnino.
Verum ea producam, quae TIBI propria magis sunt atque in hac re potissi-
mum momentum trahunt. Vbi a puluere scholastico ordendum est, in quo
primum mibi immotuit excellens quod DEX beneficio a natura habes ingenium,
& laudabilis proficiendi ardor, quem prae TE ferebas. Dici non posse
quantam ex illa virium contentione, morum sedatorum suavitate, laborum
monitorumque patientia & officioso amore TVO cum voluptate solum de TE
conceperim, quoties inter reliquos curae meae concretos mibi offerebaris.
Quam TE postea non felicissime impense letor. In academia enim tantum
abfuit, ut diuelleremur, ut potius litterarum, animorum & sanitatis disci-
plinae societate arctius copularemur. Ex quo tempore mentem in TE suspexi
diuinitus animatam, & insustamat in illa aetate sollicitudinem seueriora re-
ligionis & litterarum sacra ira coniungendi, ut illis primis semper defervessem,
bis nunquam nuntium mitteres, imo subinde instauratis viribus operam ad-
diceres. Causa rei non erit ut TE unquam poeniteat. Accedit iam noua
laborum academicorum consociatio, quam honores philosophicos disputatione
habita publice capessis, alios bonas litteras docturus, quod TIBI academiacae
& mibi gratulor. In quibus solemnibus me quoque comparere iussisti ad
opponendum honoris uitatum. Argumentum dissertationis vobementer
etiam atque etiam laudo & probo. Non dum enim haec causfa, quam tuen-
dam fuscipis, ita perorata est, ut nouis patronis opus non habeat. Sed de his
coram. De studio meo in posterum plura recipere, nisi haec fieri quam
scribi & dici mallem. Hoc tamen de me TIBI persuadeas valde velim,

N

siquid

si quid unquam aut ad voluntatem aut ad commodum aut ad dignitatem
TVAM pertinere videbitur, sedulo me prouisurum, ut non alios magis quam
me ipsum superem. Ita vale Deo ardentissimis precibus commendatus,
mibiique, si merebor, faue. Dedi in aead. Frider. p̄sd. Cal. Octobr. an.
CICIO CC XXXVIII.

VIRO SVMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO
ET AMPLISSIMO,
CHRISTIANO BENEDICTO MICHAELIS
THEOLOGAE DOCTORI, EIVSDEMQUE VT ET LINGVARVM GRAECAE,
AC ORIENTALIVM PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO
S. P. D.
IO. HENRICVS SCHVLZE.

Tertius iam annus super quadragesimum decurrit, ex quo primam hac
delatus in padagogio Regio committonem, quamquam impari gra-
du, tiro ipsemet, te triarium, habui & cognoui. Post quatuor annos
sub eodem magistro, viro optimo & fidelissimo SALOMONE NEGRI, Damasceno,
Arabica lingua operam dabamus; quumque is hic in Britanniam au-
caretur, tuo efficiebat studio, ne semina a Damascoenofarsa & lete iam suc-
crescentia, pabuli quotidiani defectu, marcescerent. Quicquid enim priu-
tissima preceptoris institutione atque longiori orientalium litterarum usu, am-
plius, quam mecum eiusdem etatis socii, acceperas, id binis integris annis be-
nevolo, nobiscum communicabas. Avocabat me deinde Hygea per tres an-
nos a philologicis studiis; his vero exactis, ramquam longa siti confessus,
maiori alacritate ad TE tuasque scholas recurrī, in quibus Ebraicum
codicem ter pertractasse, ad Chaldeos paraphrasias deductum esse
& Rabbinis, Syris, Samaritanis ipsique Aethiopibus satis familiarem me tune
redditum fuisse, ita iucunde recordor, ut simul probe cognoscam, quantum
TIBI liberalique tue institutione debeam. Qui igitur ex omnibus, quos tunc
inueni, unicum TE, totque nominibus mihi obseruandum, amicum & collegam
habeo, quem olim preceptorem omni pietate colo: sane videri deberem parum
tui amans, nisi vere existimarem, prope aequem gaudendum esse, si quid TI-
BI faustum exceptatumque DEVS tribuit. Non possum igitur quin illam fe-
licitatem, quam inter diuina munera maxime optabilem parentes existimant,
Αρεταῖς μεμάλοται τινος
nali, eosque in publicum producentes, TIBI hoc die impense gratuler, quo ex
TE procreato, & per TE maxime formato prestantisimo iuueni bonores &
dignitatem magisterii philosophici, applaudente vniuerso ordine, confers.
Iam

Iam pridem iecus confixi filium tanta probitate, tamque alacriter in vestigiis paterna pergentem, ominatusque sum, quod omnes nunc vident, futurum ut virtus & eruditio eius premii non sit caritura. Plane mibi incundum fuit, quod aliqua ex parte ad excitandum eius ingenium indubiamque accendam accesserim, non solum in Graecae lingue studio, verum etiam sermonibus de communibus studiis aliquoties institutis: ex quibus sati perfexi, quam non obiter litteras inspicere, ut multi solent, sed omnino profundissime immittere, quoque exemplo iuteriora seruitari adfuerat. Fauxit DEVS, ut hac via pergentem, ad amplissimas rei ecclesiasticae & litterariae utilitates procurandas admotum conspicamus, TVque habeas quo subrepentem senectutem soleris, amici quo TE cum gaudent, philologiaeque sacre studiis numquam desin MICHAELIDES, fausta iam & cognita nomina, a quibus foueantur inque maius & melius prouehantur. Vale. Calend. Octobr. CIO IO CG XXXIX.

CLARISSIMO DOCTISSIMO QVE DOMINO RESPONDENTI,
COGNATO AESTVMATISSIMO,

S. P. D.

IVSTVS CONRADVS MICHAELIS,

S. R. M. PRVSSICAE CONSIL. AVL ET SENATOR HALENSIS.

N Obis que intercadit, tum sanguinis necessitudo, tum educationis & muniaris confusus, tanus tamque constricta est, ut si quid vel commodi vel incommodi virinis nostris contigerit; etiam alter illud aequo perseriat. Ciuius documenta in medium adferre, si volupe esset, rantummodo in memoriam reuocare, misi tristes iesos & duros casus, qui annorum spatii proxime albina delapsi, DEO sic indebet, familiam nostram, & in ea precipite viri sui nostri pectora conqas-
tarunt: in quibus TV, Amice, per me parum aliiquid, & ego contra per TE, quod gratias tefor, multum plurimumque solati suum expertus. Sed horum reminisci, quam nihil sit, quam acerbissima vulnerum signa refricare: ea co magis misa facio, quo magis mibi in praesenti erit letandum. Letandum mibi enim est, & vere la-
tor, dum quans TVA viri, industria, & quod maximum est, bona suciata pie-
ras, baleantur, sentio. Inellexi nimirus, amplissimum Philosophorum Ordinem,
post cogitiam perspectivam egregiam arque singularem TVAM eruditissimum, merito
virtutum & doctrinae bracea, Magisterii scilicet bonorum & praerogatiwas TIBI
decreuisse. Quo nuntio, cum vix quid latius acceptius mibi ad aures perlingeret
possit, eo labentius, quod inde per nefram coniunctionem officii mei suo, servare
reuo, & paucis multa volens. TIBI aprigiam illud acclamo, FELICITER! Felicitet
bonorum & meritorum & merito decrevum suscepimus prosequere felici-
cier, & adimpleser feliciter. Sic viuendo TVO exemplo, quo successi, quaque
prosperitate duo ista studiorum & quorumvis coniunctionum fulcrinua, Ora scilicet
& labora, contungi & possim & debeant, egregi ibis cōprobaturum. Quin imo sic
tum mibi, tum & TVS omnibusque bonis certissimam spem iniici, fore, ut, quod
paulo post primum Alma Fridericiana infantiam, in ea innominis Michaelis nomen,
quodque parvum in scriptis, partim vero, & maxime in Venerando TVO PAREN-

N 2

T

TE, Affini & Favore meo sicut opere Celendo, multo cum fructu adhuc vigeret,
vigeatque per quam diutissime, in eadem & tuto orbe litterato perenne sis redditurn.
Qua spe, ne per aliquod, **TIBI** & incolusuitati **TVAE** aduersum, priuemur,
DEV M immortalem, quem pie & ardentissime semper coluisse, intime precor, ut
per suam graciam, vires corporis & animi **TIBI** conservare, & in dies adauge
benignissime velis; quo boc tuore & prosperitate & fidelissimo poteritissimeque spem no
seram non solum coeples, sed vincas etiam & superas. Ceterum ut coniunctionem no
stram supra iam expostam, semper indutissimam cogires, & amoris necessitudinem
nunquam non **TIBI** habeas comendaram, est quod his publice TE oratum adhuc reg
lui. Vale, nimbique stane. Dabam Haec d. XXII. Septembri. c. 10 CC XXXIX.

Semebris trini spatium vix implet amara,
Nostra Camararum Fridriciana domus:
Ex quo perdoluit, nec non gemuit vehementer,
Ista pium nomen, quod Michaeli sonat.
Tunc etenim occubuit doctusque piusque Michaelis,
Nostrae qui Musae sacra columna fuit.
Vixque satis carum hoc nomen deplanxit, ecce!
Quae contristarunt nomina, nunc hilarant.
Tu siquidem, Fautor, procul haud hoc remittat natus,
Hocque gerens nomen, gaudia pulchra cies.
Scilicet, haud dignum, justunque, sine omni nomen
Perbene Tu ducis: nomen & omen amas.
Hinc nisi fausto studioque, pio pietatis
Zelo, conjuncta est ars, studiisque pressas
Hincque bono gressu diu vestigia pressas
Affinis, quinquo vivida signa Patris.
Hosque duces, istorum cum virtutibus esse
Prepete seclatum Te, documenta probant.
Hec vidit, laudat, digneque Afraea rependit,
Decernens merito sponte brabea Tibi.
Punicoque Tibi tua tempora cingit amictu,
Hocce decus, dicens, doce Magister, babe.
Inde quid augurii doce sic panditur orbi?
Hoc: huic perpetuus semper erit Michael.
Ne vero augurium vanum ne nil nisi verba
Cantarim, voveo Namina grata Tibi.
Quod restat, letus meritum Tibi grator honorem,
Gratulator, atque iterum grator, Amice, Vale.

Gratulabundus haec deproperabat
IO. IOACHIM MUNCH,
Obisfelda Parthenop.

- 88) o (89 -

Bb 278

ULB Halle
004 145 070

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

DISSESTITO PRIOR, EAQUE INAVGVRALIS,

DE

PVNCTORVM HEBRAICORVM
ANTIQUITATE,
SVB EXAMEN VOCANS
ARGVMENTA ADVERSARIORVM
CONTRA
PVNCTORVM ANTIQUITATEM,
QVAM

IN REGIA FRIDERICIANA,
EX INDVLTV AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM COLLEGII,
PRAESIDE

VIRO SVMME REVERENDO ATQVE DOCTISSIMO,
D. CHRISTIANO BENEDICTO MICHAELIS,
THEOL. AC LINGG. GR. ET OO. PROF. ORD.

PATRE OMNI PIETATIS CULTV PROSEQVENDO,
PRO IMPETRANDIS MAGISTRI PHILOSOPHIAE
ET ARTIVM HONORIBVS,
AD D. VII. OCT. A. CIO IO CC XXXIX.

H. L. Q. C.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICET
AVCTOR RESPONSVRS
IOANNES DAVID MICHAELIS,
HALENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI, ACAD. ET SENAT. TYPOGR.